



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Liber Qvartvs. Qvi Est De Ivdicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

SUMMÆ JURIS CANONICI
LIBER QVARTVS.
QVI EST DE IVDICIIS.

DE IVDICIIS.
TITVLVS I.

§. 1. De notione iudicii, & quàm variè intentetur iudicium.

JUDICIUM quasi juris dictio est, quòd in eo jus dicatur vel reddatur à iudice, c. *Forus Parag. 1. Ext. De verb. sign.* Quòd interdum criminaliter, interdum civiliter, interdum mixtum instituitur & exercetur. Criminaliter, veluti de homicidio, adulterio, hæresi, furto, iniuria, aliisque delictis tam publicis quàm privatis; si de iis publicæ vindictæ causâ agatur, l. *unica C. Quando civilis actio crim. prajud. l. fin. C. Ad L. Corn. de fals. Civiliter, ut in actionibus rei vindicationis, empti, venditi, locati, conducti, commodati, & similibus; quibus civiliter, id est, ad rem nobis applicandam agimus, d. l. *unica & ibi Bart. Adde & ex delictis publicis & privatis civiliter agi, l. unica, l. fin. D. De furt. l. fin. D. De privatis delict. l. 6. D. De injur. iunge Parag. ceterum sup. de penis. Mixtum, ut in accusatione adulterii, quoad separationem tóri, c. l. *na 5, Ext. De procurat.* Ceterum de iudicio civili prius dispiciamus.**

§. 2. Iudicium ex quibus constat.

Constat autem iudicium ex quatuor; iudice, Actore, Reo, & Causâ, quæ in iudicium deducitur, d. c. *Forus Parag. constat juncto Parag. in omni quoque.* Loquimur autem de iudicio contentioso, in quo inter duos vel plures de aliqua re contentio est. Quæ enim voluntariæ sunt jurisdictionis, veluti manumissio, adoptio, emancipatio, decreti interpositio in rebus minorum alienandis, & id genus alia, sine ulla iudicii forma, nulloque consensu partium expediuntur, §. *servi Instit. De libertinis l. 3, D. De adop. l. fin. C. De emancip. liber. & l. Lex 22, C. De administr. tut. Varias significationes iudicij vide in Gloss. ad Parag. præterea Instit. Quib. non est permiss. fac. testam.*

§. 3. Iudicii divisiones.

Iudicium ex persona iudicantis, aut est Ecclesiasticum, aut seculare: ex re, quæ in iudicium venit, aut est possessorium, aut petitorium: ex modo procedendi, aut est ordinarium, aut extraordinarium.

§. 4. De iudicio Ecclesiastico.

Iudicium Ecclesiasticum est, quod coram iudice Ecclesiastico agitur de rebus Ecclesiasticis, præcipuè spiritualibus; veluti, de matrimonio, de beneficiis Ecclesiasticis, & his annexo iure patronatus, cap. 2, & 3, Ext. hoc tit. Nam explorati juris est, solum Ecclesiasticis iudicibus, non laicis, harum rerum & similiarum cognitionem competere, d. cap. 2, cap. 3, cap. *Conringit 8, Ext. De arbitr. cap. Ecclesia 10, Ext. De const.* Adde & Clericorum civiles causas, ubi conveniuntur, ad Ecclesiasticum iudicem pertinere. Idque singulari privilegio Clericis concessio, tam ex constitutionibus Civilibus, *Auth. Clericus, Auth. Statuimus C. De Episc. & Cler.* quàm ex SS. Canonibus, cap. 1, 2, 4, & c. *Si diligenti 12, Ext. De foro compet.* aded quòd huic privilegio Clerici renuntiare, etiam jurato, non possunt, d. c. *Si diligenti.*

§. 5. Casus, quibus Clericus non gaudet privilegio fori.

Præterquam si Clericus vasallus sit, & de feudo suo controversia oriatur; nam hæc specie ad notionem domini feudi, etiam secularis revocatur, cap. *Veris 7, Ext. De foro comp. & ibi Panormit.* Item si primâ tantummodò tonsurâ initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, aut conjugatus sit Clericus, nisi servatâ formâ à Concil. Trid. præscriptâ, sess. 23, c. 6, de refor. juncto c. *unicò*

c. unico De Clericis conjug. in 6, aut si bigamus sit, cap. unic. De bigamis in 6, aut si jocularioriam artem per annum exercuerit, vel saltem ea de re tertio monitus non respuerit. Nam & hoc casu Clericus privilegium fori ipso jure admittit, imò exiit omni privilegio clericali, cap. Venit de vita & honest. cler. in 6, a bene & is, qui in assassinii criminis deprehensus est, c. 1, De homicid. lib. 6, & latius notavimus ad Parag. ult. sup. de pœnis.

§ 6. *Iudex Ecclesiasticus quis adendus: & de seculari iudice.*

Iudex autem Ecclesiasticus non quivis adendus est, sed is dumtaxat, in cujus territorio Clericus, qui convenitur, vel domicilium fovet, vel contraxit, vel deliquit, vel ubi res, de qua controversatur, sita est. His enim modis Clericus forum Ecclesiasticum sortitur, cap. fin. & cap. Postulasti 140 Ext. De foro compet. quemadmodum & laicus forum seculare, Auth. Qua in provincia C. Vbi de criminib. agi ep. l. fin. C. Vbi in rem act. l. Hares absens 19, §. 1, D. De iudic. quando scilicet de re civili, non Ecclesiastica (nam hæc ad iudicem Ecclesiasticum pertinet, sup. Parag. proximo,) inter laicos, vel inter Clericum actorem & laicum reum, contentio est. Etenim in causa civili generaliter receptum est, Actorem forum rei sequi oportere, cap. Si Clericus 5, cap. Cum sit 8, Ext. De iud. l. 2, C. De iurisd. om. iud.

§ 7. *De aliis modis prorogandi iurisdictionem.*

Sed & Clerici & laici iurisdictionem alterius iudicis prorogare possunt; veluti, per reconventionem, per consensum, per admissionem in Collegium sive Universitatem aliquam.

§ 8. *De reconventionem.*

Per reconventionem; si in eodem iudicio reus actorem suum reconveniat. Nam actor ex alia etiam causa in eodem iudicio, reo respondere cogitur, licet actor alias alterius fori sit, l. penult. eum Auth. seq. C. De sent. & interlocut. cap. 1, & 2, Ext. De mutuis petit. ubi & in delegato iudice id locum habet.

§ 9. *De prorogatione per consensum.*

Per consensum; si uterque actor & reus alteri iudici se sponte subiciant, l. 1, & 2, D. De iud. l. 1, C. de iurisd. om. iud. l. Est receptum D. eod. Quod & quandoque tacite fit: veluti in eo, qui vocatus ad alium iudicem, coram illo sistit & respondet,

non ignorans eum esse iudicem non suum, l. fin. C. De except. & ibi Bart. l. Sed etsi susceptoris 25, D. De iud. cap. Inter monasterium & ibi latè Dd. Ext. De sent. & re iud. Secus, si per errorem alius pro alio iudex aditus sit; cum nulla hoc casu iudicis prorogatio fiat, l. Si per errorem 14, D. De iurisd. om. iud. & subsequenter iudicium nullum est, quod coram eo constituitur, l. 1, & l. fin. C. Si à non comp. iud. cap. Et si Clerici 4, in princ. Ext. De iud. adde cap. 40, & ibi Gloss. Ext. De offic. & potest. iud. deleg.

§ 10. *Clericus iurisdictionem prorogare non potest absque consensu Episcopi.*

Nisi quòd in Clerico singulariter constitutum sit, quòd hic in alium iudicem Ecclesiasticum consentire non possit, sine consensu sui Episcopi, cap. Significasti 18, iuncto c. Si diligenti 12, Ext. De foro compet.

§ 11. *De prorogatione per Collegium, &c.*

Per admissionem in Collegium vel Universitatem aliquam iurisdictionis prorogatio fit; id est quòd is, qui admittitur, notioni Præfecti Collegii vel Universitatis subiciatur, l. fin. C. De iurisd. om. iud. Auth. Habita C. Ne filius pro patre. Dummodò hæc Corpora auctoritate Principis coierint, l. 3, D. De colleg. illic.

§ 12. *Pœna vocantis ad iudicem alienum.*

Porrò qui adversarium suum temerè ad alienum iudicem vocat, amissione causæ multatur, s. In criminali 5, C. de iurisd. om. iud. adde d. cap. Si diligenti Præterea iudex secularis, si Clericum pet se distringere aut condemnare præsumperit, ex Concilio Parisiensi, tam diu ab Ecclesia Dei, cui iniuriam irrogavit, submoveretur, quousque emendationem reatus sui intulerit, c. 2, Ext. De foro compet.

§ 13. *In obscuro quilibet vocatus comparere tenetur.*

Ubi tamen dubium est, an vocatus de iurisdictione vocantis sit: tenetur vocatus comparere, ipseque iudex æstimabit, an suæ sit iurisdictionis, l. Si quis ex aliena D. De iud. De clerico malefactorum per secularem iudicem comprehenso, vide sent. sing. 6, Si iudex 22, De sent. excom. in 6,

§ 14. *De*

§. 14. De altera divisione iudicii possessorii
& petitorii.

Judicium verò possessorium est, in quo de sola possessione vel quasi contenditur, sive adipiscenda, sive retinenda, sive recuperanda. Possessio proprie est rerum corporalium, l. 4. in princ. & ibi Gloss. D. De acquir. vel amitt. poss. quasi possessio rerum incorporearum, l. Si quis dicitur no. 20. in princ. D. Si servus vind. cap. 3. Ext. De caus. poss. & propr. Petitorium iudicium est, in quo de rei controversa proprietate, vel de alio jure agitur extra possessionem vel quasi: puta si res vindicetur, l. Qui petitorio 37. D. De rei vind. hereditas petatur, toto tit. D. De petit. hered. actio empti, venditi, locati, conducti, depositi, aliave intentetur: vel si contendat quis, jus eligendi, presentandi, conferendi sibi competere, d. cap. 3. & cap. 4. Ext. De caus. poss. & propr. vel matrimonium inter se & Titiam contractum esse legitime, cap. 1. Ext. De ord. cognit. His enim & similibus casibus, petitorium iudicium exercetur. Utrum autem iudicio, possessorio an petitorio agatur, ex conclusione libelli sive narrationis, potissimum intelligitur.

§. 15. Iudicium possessorium & petitorium simul
proponi possunt: & ab uno ad alterum
recursus datur.

Potest autem utrumque iudicium simul coniungi & cumulari uno eodemque libello sive narratione, cap. 3. 4. & cap. 6. Ext. De caus. poss. quod & eo casu fieri intelligitur, quando simpliciter res petitur restitui, d. cap. 3. Quin & jure obtentum est, ut si separatim petitorio actum sit, & nondum renuntiatum & conclusum in causa, recurri possit ad possessorium, cap. Pastoralis Ext. De causa poss. & cap. un. in Clem. 200. l. Naturaliter 1. §. 1. D. De acquir. poss. Nec enim agendo petitorio, videtur possessorio quis renuntiasse; cum nihil communehabeat proprietas cum possessione, d. Parag. 1.

§. 16. Consultius est intentare possessorium
& quare.

Consultius tamen fecerit, qui petitorio iudicio experturus est, si prius dispiciat, an possessorio iudicio nancisci possit possessionem, propter commodum possessionis: quod in eo vertitur, quod adeptâ possessione cogetur adversarius ad onera petitoris, id est, probare rem ad se titulo aliquo retinere, l. Is qui destinavit 23. D. De rei vind.

& si hic probatione defecerit, remanebit apud alium possessio. Cum enim obscura sunt utriusque iura, contra petitorum iudicari solet, Parag. commentum possessionis Inst. De interd. & l. fin. Cod. de rei vind.

§. 17. De iudicio ordinario & extraordinario.

Denique iudicium ordinarium vocamus, in quo solemniter servato iudicii ordine proceditur, ac proinde solemniter vocari solet; puta cum reo in ius vocato libellus, hoc est, actoris intentio in scripto editur; litis contestatio fit, iuramentum calumnie præstatur, probatione res docetur, & executur, sententia in scriptis fertur à sedente iudice, & postremo executioni mandatur; nisi ea per appellationem vel restitutionem in integrum, vel supplicationem suspendatur aut rescindatur, vel nulla declaretur, de quibus sigillatim à nobis differendum est. Atque hic solemniter procedendi modus observatur in iudicio; alioqui sententia nulla est, l. Prolatam & ibi latus Dd. Cod. De sent. & inter loc. & cap. in causis 29. Ext. De sent. & rejud.

§. 18. Quod iudicium extraordinarium, & qua
causâ in hoc iudicium veniant.

Judicium verò extraordinarium dicimus, in quo, omisso solemniter iudicii ordine simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicii proceditur, veluti in causis electionum, postulationum, vel provisionum; item dignitatum, personatum, officiorum, canonicatum vel prebendarum, seu quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, item decimarum, nec non matrimoniorum, vel usurarum, & quæ quoquo modo eas concernunt. Quæ ex Clementina constitutione, omisso solemnitate iudicii, expediti possunt à iudice; sic tamen, ut probationes necessariz & defensiones legitimæ, citatio, præstatio iuramenti de calumnia vel malitia, sive de veritate dicenda, non excludantur, & sententia definitiva in scriptis feratur à iudice sive sedente sive stante, r. 2. De jud. in Clem. juncto cap. Safe De verb. sign. in Clem. adde & causam heresis & majestatis, in quibus etiam ordo solemniter iudicii non servatur, cap. fin. De heret. in 6. & Extravag. Henr. VII. Quo modo in causa laici majest. & ibi latus.

§. 19, *Judex ad concordiam partes revocet.*

Illud meminerit judex, ut litigantes, si possit, ad concordiam revocet, etiam pendente judicio; sin minus (cum nemini invito jus suum auferre liceat, l. *fn. D. De padu cnp. Indultum De reg. Juris in 6. & l. Id quod nostrum D. De reg. juris.*) notionem suam interponat, & litem dirimat, cap. *fn. Ext. De transact. cap. 1, Ext. De mutuis petit. An autem per spem causa possit judex, vide Panorm. ad d. cap. *fn.* Cum ad ejus officium pertineat, lites, quantum fieri potest, diminueret, l. *Quidam 21. in fine D. De reb. cred.**

§. 20, *De actis judicialibus conscribendis.*

Ad submovendam autem omnem dubitationem, quæ circa acta judicii incidere possit, sancitum est ab Innocentio III, in generali Concilio Lateranensi in hæc verba: Statuimus, ut tam in ordinario judicio quam extraordinario, Judex semper adhibeat aut publicam (si potest habere) personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter universa judicii acta conscribant; videlicet, citationes, dilaciones, recusationes, exceptiones, petitiones, responsiones, & interrogaciones, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renuntiationes, conclusiones, & cætera, quæ occurrerint, competenti ordine conscribenda; loca designando, tempora, & personas. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur: ita quod originalia penes scriptores remaneant, ut, si super processu judicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari: quatenus, hoc adhibito moderamine, sic honestis & discretis deferatur iudicibus, quod per improvidos & iniquos innocentium iustitia non lædatur. Judex autem, qui constitutionem ipsam neglexerit observare, si propter ejus negligentiam quid difficultatis emerferit, per superiorem iudicem animadversione debita castigetur: nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis. *text. est in cap. Quoniam contra 11, Ext. De probat. Sed solemnitas iudiciorum, ut antè promissimus, breviter tradamus.*

Notatio ad Tit. I.

^a Vide *Did. Covarr. Pract. quæst. cap. 32, num. 2, vers. tertio his, quoloco aperit inquit, in c. 1. De vita & honest. cler. in 6, contineri casum, in quo Clericus etiam in sacris, absque ulla degradatione amittit*

privilegium clericale omnino ipso jure, etiam quoad forum, iuxta communem illius text. interpretationem. *Adde omnino Panorm. ad cap. Perpendimus 13, nu. 8; Ext. De sent. excom. Omisimus casum cap. 1. De vita & honest. in Clem. de Clericis laicis & tabernariis, qui & tertio moniti privilegium clericale amittunt. Sed hic casus non solet amplius aut rarissime incidere.*

^b In Clerico tamen actore, an is coram iudice seculari reconveniri possit, disputat latè Felin. ad cap. *Et si Clerici num. 3, cum seqq. Ext. De iudic. ubi est reconveniri posse concludat, exceptis quatuor casibus nihilominus cerè affirmare non audeat, sed relinquit iudicio lectoris. Et merito propter seors in cap. Si diligenti 12, Ext. De foro comp. qui licet loquatur de conventionione, tamen eadem ratio est de reconventionibus; cum per hanc secularis iudex ipsi constitueretur, in præjudicium totius Cleri.*

^c Itaque in casibus jam enumeratis est libellus, litem contestatio, atque qua ad formam iudiciorum pertinent, non requirantur, planè tamen probationes & defensiones adhiberi debent; item iuramentum de calumnia, ubi scilicet illud petunt. Nam in gravibus causis per verba illa (simpliciter, & de plano, & sine figura iudicii) solemnitas quidam iudiciorum remittuntur, sed non probationes. Ceterum in levioribus, quæ parvi momenti sunt, & in quibus præjudicium non sit veritati sive causa principali, per prædicta verba non solum iudicii solemnitas ordo sublatus intelligitur, sed etiam sufficit rem simpliciter & summarie probari, ut in casibus recensitis à Glossa in l. 3, Parag. sciendum D. Ad exhib.

^d Hæc itaque nomina inter acta judicialia referuntur, quæ à Notario, sive eo deficiente ab alio duobus viris, conscribi jubentur: ita tamen, ut partibus copiam dando, originalia penes referantur. Neque eo ordine, quo hic enumerantur, acta conscribenda sunt, sed prout ordo iudicii dictaverit. Et cum plura acta, quam quæ hic referuntur, in iudicio occurrant, videlicet, litem contestatio, iuramentum calumnia, & maiestas, iuramentum testis, sententia definitiva, & ab eadem appellatio, prudenter adiectum est in eod. cap. Quoniam contra (et cætera, quæ occurrerint,) ut ea, quæ omissa sunt, unà hæc quasi clausula comprehenderentur. Deinde etsi in extraordinario iudicio hæc omnia occurrere non solent, si iudicium verò extraordinarium super eod. tamen suspendant, necessario conscribenda sunt. Igitur in iudicio licet hæc proposita & agitata fuerint, si tamen conscripta non sint, non præsumuntur intervenisse: adeo licet iudex contra asserat, d. c. Quoniam contra in princ. & c. Cum à nobis 28, & ibi Gloss. Ext. De exhib.

DE IN IUS VOCANDO.

TITULUS II.

§. 1. Principium instituendi iudicii, citatio.

Pincipium instituendi iudicii citatio est, qua quis in iudicium vocatur, experiundi iuris causa, Parag. fin. Inst. De poena temeritig. iuncta l. 1. d. de in ius voc. Eaque ommissa, iudicium redditur ipso iure nullum, l. 1. Parag. item cum ex edicto D. Qua sent. sine appell. c. Ecclesia 10, Ext. De constit. c. 8, Ext. De maior. & obl.

§. 2. Citatio non impune negligitur nisi, &c.

Emissa verò non impune negligitur, poena in contumacem constituta, ut inf. de dolo & contum. nisi incompetentis iudicis aut alia iusta exceptione vocatus se purgaverit. Certa enim iuris sententia est, Extra territorium ius dicenti impune suam velitis dicere, l. fin. d. de iurisdi. adde ibi Gloss. & d. in fin. C. Si à non compet. iud. Exceptiones verò iustae sunt; si vocatus magistratum gerat, & coercendi ius habeat, vel alius iudex sit, dum de re cognoscit; vel vocatus patens sit, vel patronus vel patrona, quos sine permisso Praetoris in ius vocare non licet. Praeterea si vocatus, propter loci religionem, inde se movere non possit; vel funus ducat, iustae vero mortuo persolvat; vel litigandae causa necesse habeat in iure & certo loco sibi; vel nuptiis suis, vel valetudinae, vel alia simili causa praepediatur, de quibus latius in l. 2. & 3. cum seq. d. de in ius voc. & in l. 2. cum l. seq. d. Si quis cautionib. Eodem numero & locus minus securus aut incommodus continetur, per text. in c. Ex parte 4. 7, Ext. De appell. in c. Pastoralis de sent. & de iud. in Clem. in l. Si locus 50, d. de iudic.

§. 3. Impedimento cessante, citatum comparere oportere.

Ubi tenetur nihilominus citatus adire iudicem, neque pristina excusatione se amplius tueri poterit. Siquidem mandato iudicis, quo quis ad certum diem adesse iubetur, duo continentur:

unum, ut ad eum veniat; alterum, ut ad diem praefixum veniat; unde si venire non possit statuto die, alteri nihilominus parere cogetur, cap. Cum dilecti 6, Ext. De dolo & contum. fac. l. Celsus 27, Parag. 1. d. de recept. arb.

§. 4. Solà citatione continuatur iurisdictio.

Si quis, postquam in ius vocatus est, alterius fori esse coeperit, in ea causa ius revocandi forum non habet, quasi praeventus, l. Si quis 7. d. de iudic. l. pen. d. de iurisdi. omn. iud. cap. Proposuisisti 19, Ext. De foro compet.

§. 5. De citatione ad diem feriatam.

Ad hanc citationem ad diem feriatam facta nullius momenti est; veluti ad diem festum, vindemiarum vel messium, quibus ex iuris praescripto iudicium non exercetur, l. 2. & fin. Cod. de feriis, l. 1. d. eod. & ap. fin. Ext. eod. praeterquam si necessitas vel pietas aliud suaserit, d. cap. Exempla sunt in l. 1. §. fin. cum 2. ll. seq. d. de feriis: aut ab utraque parte renuntiarum sit feris vindemiarum vel messium, quae in favorem hominum introductae sunt. Nam feriis in honorem Dei nequaquam renuntiari potest, d. cap. fin. & l. 1. d. eod. eum patris privatorum iuri publico minime derogetur, l. Ius publicum d. de pati. cap. Si diligenti Ext. de foro comp.

§. 6. Citatio ubi & quoties insinuanda.

Citari autem reus praesens debet, aut eo absente procurator eius, si quem reliquit: alioqui domi sub, vel apud Ecclesiam citatio insinuanda est, cap. 5. & ibi Panor. & cap. fin. Ext. de dolo & contum. l. 4. §. Prator ait d. de damn. infect. citati contumaciam una citatio sufficit, sed trina requiritur, interiecto iusto dierum spacio, vel saltem una peremptoria, quae tantum temporis contineat, quantum trina citatio, l. Ad peremptorium 68. cum aliquot seq. d. de iud. l. Consentaneum 8, cum l. seq. Cod. Quomodo & quando iudex.

DE PROCVRATORIBVS ET DEFENSORIBVS.

TITULUS III.

Liberum est verò reo, vel per se, vel per procuratorem se defendere, l. 1. d. hoc est & sit. Instit. de his per quos agere poss. imò &

quilibet alius absque mandato rei defensionem rectè in se suscipit; dummodò defensor satisfecerit iudicatum solvi, Parag. fin. Instit. de satisfact. l. Qui proprie

Yyyy 2

proprie

proprio 46, §. 2, D. hoc tit. a. Ceterum de procuratoribus, qui & pro actoribus intervenire possunt, d. l. 1, & d. tit. Inst. hic generaliter tractemus.

§. 1. Procurator quis.

Procurator est, qui aliena negotia mandato domini administrat. Ita Ulpianus, l. 1, D. De procuratoribus. Verum de Jure Canonico latius patet nomen procuratoris, quo & à non domino procurator constituitur, veluti à Prælato, vel ab alio Clerico in causis Ecclesiasticis, cap. 1, & passim toto tit. Ext. De procuratoribus. Olim 12, De ressit. spol. Idque alienum non est à jure Novel. in §. si quando. Novel. 23, de Sanctiss. Episc. Sed & ab Universitate vel Collegio, rectè procurator datur, qui proprio nomine Syndicus, vel àctor appellari solet, cap. unico Ext. De Syndico l. 1, §. quib. & l. Item 6, §. 2, D. Quod cuiusque univers. vide Bart. ad d. l. 1, D. h. t. Verum hi, cum propè domini sint, propter administrationem, quam habent, non omnino obijci possunt à definitione Ulpiani.

§. 2. Tutor & curator quando procuratorem constituant, item quando ipse procurator alium sibi substituere possit.

Non idem est in tutore & curatore minorum, quibus procuratoris constituendi ius non est, sed ipsis minoribus cum auctoritate eorum, l. Neque 11, C. hoc tit. nisi antea tutor vel curator litem per se contestatus fuerit. Hac enim specie procuratorem & ipsi constituunt, tamquam iam domini litis facti, d. l. Neque & l. Quod quis 8, l. Nulla 23, C. eod. Quod & receptum est in procuratore, ut & is alium sibi procuratorem substituere possit, lite prius à se contestata, vel si mandato suo ius substituendi habeat, cap. 15 qui 3, eod. in 6.

§. 3. Duplex procuratorum genus; & eorum differentia.

Loquimur potissimum de procuratoribus iudicialibus. Etenim duplex procuratorum genus est, unum eorum, qui constituuntur ad negotia extrajudicium explicanda, de quib. sub tit. de mandato in d. C. & Instituitur alterum, qui ad judicialia tractanda, de quib. passim hoc tit. Ext. in d. & Cod. Uterque ad unum vel plura negotia coram, vel in absentia per epistolam, aut per nuntium, rectè constituitur, l. 1, Parag. 1, cum Parag. seq. D. hoc tit. l. 1, & l. Si verò non 12 Parag. contravio D. Mandati. In hoc tamen unus ab altero distat: quòd li-

cet post decimum septimum ætatis annum procurator ad negotia dari possit; non tamen ad iudicia, Nam hunc majorem viginti quinque annis esse oportet, cap. Qui generaliter 5, Parag. fin. eod. tit. in 6. Item procurator ad negotia, liberè quodcumque alium substituere potest, cap. 1, Parag. fin. eod. in 6, ad iudicia non item; nisi lis ab eo contestata fuerit, vel id mandato suo contineatur, ut & antè dictum est, in Parag. non idem: vel nisi in rem suam procurator datus sit, d. c. Parag. 1.

§. 4. Plures procuratores simul constitui posse ad iudicia.

Nihil verò impedit, unus vel plures ad litem instituendam vel persequendam procuratores constituantur, ut tamen non seorsim singuli, sed omnes simul gerant; præterquam si in solidum dati sunt, quæ specie melior conditio erit occupantis, lite, scilicet per eum contestata: nisi aliud mandato contineatur, cap. 1, Si duo 6, eod. in 6, l. Plurib. 32, D. eod.

§. 5. Casus excepti, quibus ex pluribus procuratoribus non in solidum datus unus rectè agit.

Singulariter verò observatur in causis electionum, postulationum, provisionum, aliisque spiritualibus (cum hæc celeriores expeditionem desiderent) ut ex pluribus procuratoribus non in solidum datus, iudex possit magis idoneum seligere; nec res concursus eorum implicetur, d. cap. Si duo Parag. fin.

§. 6. De procuratoribus diverso tempore datis.

Ubi autem duo procuratores diversis temporibus dati sunt, posterioris datione prior tacite revocatus intelligitur, cap. penult. Ext. eod. l. Si quis 31, Parag. fin. D. eod. nisi à priore lis jam antè contestata fuerit, ut inf. eod. Parag. procurator 101.

§. 7. Qui procuratores dari possint: & ut mandati fines ab eis custodiantur.

Omnes procuratores dari possunt, qui à jure non prohibentur, & 1, in fine pr. eod. in 6, de quo latè Hostiensis in Summa huius rit. num. 8, ad eod. ut & laicus ad causas spirituales, d. c. 1, in fin. item filius familias licet patre dissentiente, c. Qui 1, Parag. 1, eod. in 6, & l. Filiusfam. Parag. ipse quoque D. eod. Mandati tamen fines diligenter ab eis custodiendi sunt: alioqui non tam danti, l. Si procurator 10, C. Mandati, quam sibi nocebunt, c. 9, Ext. de arbit.

§. 8. De

§. 8. De mandato generali.

Sed et si quis generaliter procurator constitutus ad negotia, etiam ad iudicia datus intelligatur; non tamen ad ea, quae speciale mandatum requirunt: adeo licet expressè ad agendum & defendendum ac generalibus verbis ad omnia, etiam si mandatum exigant speciale, quis procurator constitutus fuerit; nec enim ex vi generalitatis huiusmodi, ad aliquem articulum, in quo speciale mandatum requiritur (ut est iuramentum de fero adversario, vel cum eo transigere, vel pacisci) admitti debet; sed ita dendum, ubi is sigillatim expressus est, aut si de uno vel altero ex his, quae speciale mandatum exigunt, expresso, subiecta fuerit clausula generalis; quantum & non expressa continebuntur, c. 4. §. 5. eod. in 6. l. Procurator cui 58. cum h. seq. D. eod. de quib. latius apud Speculat. tit. de procurator. dummodo hæc graviora non sint expressis; ut sunt, matrimonii contractus, & exceptiones, quæ in electis, vel ejus, cui pro visio facienda, vel facta est, personam obijciuntur: hæc enim propter sui momentum expressum mandatum desiderant, cap. fin. juncta ibid. Glos. eod. in 6. c. 2. eod. in Clem. c. Facite sedes 5. Ext. De rescript. l. Generali 34. D. De ritu nupt.

§. 9. An in criminali causa procurator admittatur.

Quæ situm est, an etiam in criminali causa Procurator admittatur? Et certum est, non admitti, can. Absentis 11. q. 91. Veniens 15. Ext. De accus. c. 5. Ext. De procurat. c. l. penult. §. 1. D. De publ. jud. præterquam ad allegandam absentiam causam, d. §. 1. c. l. Absens 71. D. De procurat. aut ubi absens propter crimen sive delictum damnari potest pecuniariter, vel relegationis poenâ, l. Absentem 5. D. De poenis, c. l. r. D. An per alium causa appell. l. 3. De accus. Ubi cumque ait Vlpianus, absens quis damnari potest, ibi quemvis verba pro eo facientem & innocenti am excusantem auditum æquum est & ordinatum admittere, l. Servum 33. §. pen. D. De procurat.

§. 10. De revocatione procuratoris.

Procurator ante litem contestationem semper revocari potest, postea vero in litem non potest, cum jam dominus factus sit litem. Nisi iusta causa revocationem suadeat, ut puta, si procurator suspectus sit, vel affinis vel hæres adversarii, vel si valetudine aut alia re impediatur: idque æstimabit iudex, l. Post litem 17. cum aliquot l. seq. D. eod. c. 2. eod. in 6. b.

§. 11. Dominus procuratori adesse non prohibetur in iudicio.

Non tamen prohibetur dominus ipsi procuratori quando cumque adfiteri in iudicio, d. c. 2. in fine. Et si causam per se tractet dominus, tacitè videtur procuratorem revocare, nisi expressè protestatione, aut aliis conjecturis, contrarium appareat, c. Si quem 8. eod. in 6.

§. 12. Revocatio procuratoris iudici vel adversario insinuanda est.

Ubi verò procurator extra iudicium revocatus est, id insinuari debet iudici, vel adversario. Aliàs quòd his ignorantibus ab eo gestum erit, ratum habendum est, c. mandato 13. c. in nostris 4. Ext. eod. adde utrobique D. At revocationem scientibus iudicium nullius momenti erit, tamquam cum falso procuratore gestum, d. c. in nostris, l. Licet 24. C. eod.

§. 13. Qui pro alio agit, non semper mandato opus habet.

Postremo sciendum est, quòd etsi alius pro alio ad agendum absque mandato non admittatur, l. 1. D. eod. juncta l. Nemo 123. D. De R. l. receptum est tamen in conjunctis personis (quales sunt parentes, liberi, fratres, affines liberti,) l. Sed c. ha 35. l. Feminis 41. D. De procurat. l. Exigendi 12. C. eod. ut pro invicem agere possint absque mandato. Idem receptum est in marito in causa uxoris, l. Maritus 1. C. eod. dummodo hi omnes de rato caveant, l. Pomponius 11. §. fin. D. eod. g. In reo indifferenter admissum est, ut qualibet pro eo defensor absque mandato intervenire possit, cum satisfactione de iudicato solvendo, §. fin. Insti. De satisfact. c. l. Qui proprie 46. §. 2. D. De procurat.

NOTATIO In Tit. 7.

a An quis teneatur per procuratorem litigare, vide Panorm. ad c. Cum dilecti nu. 13. Ext. De dolo & contum. & ad c. 2. n. 7. Ext. De procurat. & ibid. Imol.

b Etsi ante contestatam litem licet revocari possit procurator: tamen id non obtinet in procuratore substituto, qui suscepto semel mandato, et suo nondum usus fuerit, à substituente revocari non potest, quia intelligitur constitutus ab ipso domino; cum procurator principalis substituendo censeatur officio suo functus: nisi potestatem habeat revocandi, cap. 3. & ibi Glos. hoc tit. in 6.

g Adde c. pro his agi posse absque mandato, qui enumerantur in l. 1. §. fin. cum l. seqq. D. De postul. ex Glosse & Bartoli sententia ad d. l. Sunt & hæc D. De procurat.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

TITULUS IV.

§. I. De Pœnis in contumaces

Citatione legitimè facta, si reus per se aut per procuratorem non compareret, aut defensorem non haberet, juxta princ. tit. proxima præced. nulla justa causa impeditur, de qua sup. de in jus vocando §. 2. contumacia ejus variè punitur. Nam aut multa illi infligitur à judice, l. 2. D. De in jus vocan. aut actori in expensas aliaque damna condemnatur, l. Sancimus C. De judic. & ibi Bald. Saly. & Iason; aut in vitus ad iudicium ducitur, l. Consentaneum 8. C. Quomodo & quando jud. Panorm. ad e. 4. circa fin. Ext. hoc tit. aut excommunicatur, e. fin. §. fin. Ext. ut lite non contest. Hòdie tamen ad pœnam excommunicationis non devenitur, quando potest adversus eum realis vel personalis executio fieri, vide Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. de reformat. aut missionem bonorum patitur, ut jam dicetur. Neque enim lite nondum contestata ad merita causæ deveniri potest, tit. Ext. Ut lite non contest. nisi paucis casibus, qui infra referuntur, in §. hinc tamen 6. eod. Est autem contumax, qui tribus edictis propositis vel de constitutionibus ex more conventus, aut uno edicto pro tribus (quod vulgò peremptorium appellatur) literis evocatus, præsentiam sui facere contemnit, l. Contumacia 53. D. De rejud. l. Tres 9. C. Quomodo & quando jud. ad l. Peremptorium 88. cum l. seq. D. De iud. b. Cæterum de missione bonorum hic latius dispiciamus.

§. 2. De missi. ne in bona rei contumacis.

In decernenda missione in bona rei contumacis, distinguendum est, utrum actio realis, an personalis intentetur: ut priori specie mittatur actor in possessionem rei petite, ut hac ratione traditio affectus reus, actori tandem respondeat. Quam tamen possessionem recuperat reus, si intra annum veniens cautionem præstet, iudicio fisci, & offerat satisfactionem expensarum: alioqui elapso anno actor verus possessor constituitur; salva tamen reo proprietaris quaestione, e. 3. c. Quoniam frequenter §. §. in aliis Ext. Ut lite non contest. e. 1. & ibi Glos. Ext. De eo qui mittitur in poss. l. Si quis emptionis, §. pen. C. De præscript. 30. vel 40. annor. Idque expediti juris est in eo, qui suo nomine possidens reali actione convenitur.

§. 3. Alieno nomine possidente, quomodo in possessionem missio fiat.

At in possessore alieno (qualis est, colonus, commodatarius, & similes, qui licet alieno nomine possideant, rectè tamen reali actione conveniuntur, l. Officium 9. D. De rei vind.) eo jure utimur, ut post nominationem domini & inscriptionem eidem domino intra præscriptum à iudice terminum factam, si ipse dominus per se vel per procuratorem non compareat, & tribus edictis legitimè evocatus in eadem contumacia persistat, actor post summariam cognitionem in possessionem rei mittatur: reservata similiter absente proprietatis quaestione, d. §. in aliis vers. quod si §. 1. C. Vbi in rem a §.

§. 4. De pœna contumacis rei in personali actione.

Posteriori verò specie, ubi personalis actio intentatur, si reus contumaciter absit, mittitur actor in possessionem bonorum ipsius mobilium, vel immobilium, si forte mobilia non habet, pro modo debiti declarati; aut censura Ecclesiastica perstringitur, pro arbitrio iudicis, d. c. Quoniam frequenter §. fin. Auth. Et qui jurat. C. De bon. auct. jud. possid. jungit omnino Concil. Trid. sess. 25. c. 1. de reformat. Qui & intra annum, vel post annum, veniens auditur, prout in reali actione jam antè dictum fuit, per text. in d. §. fin.

§. 5. Pœna in non admittentem missionem.

Quid autem, si cum actori propter contumaciam rei adjudicari esset possessio, reus verò impediat, ne eam actor consequatur, vel si acquiritam possessionem actori intervertat? Et sancitum est, nisi hominus actorem decurso anno verum possessorem constitui, in c. Copingat 9. Ext. De dolo & contum.

§. 6. Casus quibus absque contestatione litis in causa principali proceditur.

Hinc tamen eximuntur causæ dignitatum, personatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, in quibus hæc missio cessat ad evitandum

vicio.

vitiolum ingressum Quippe beneficium Ecclesiasticum non potest licite sine institutione Canonica obtineri, c. Beneficium De R. l. in 6. Sed hæc cognoscuntur & dirimuntur, etiam licet non con- §, porro, c. un. De eo qui mittitur in poss. in 6, c. fin. testata Ext. Ut lite non contest. Idem evenit in causa matrimoniali, ubi alter conjugum ita abest, quod peremptorie citatus venire contemnat, vel malitiose se occultet, vel impediatur, ne ad se perveniat citatio. Nam & hoc casu (ne viro vel mulieri fornicandi occasio præbeatur) testes quoque lite non contestata admittuntur; & si de causa liquet, definitiva sententia profertur, d. § porro, ad & alios casus in §. pen. sup. de jud.

§. 7. De poenis actoris absentis.

Porro quod attinet ad actorem absentem, si is constituto tempore ad iudicium non venerit, instare potest reus præsens, ut in expensas condemnatur, c. 1. De dolo & contum. in 6, l. Eum qui 79, D. De jud. imò & in omnia damna, l. Sancimus 13, C. De judic. ad aliam citationem non admittendus, nisi præstita cautione, iudicio sisti, d. l. 1. De dolo in 6, Vel petere potest reus, ut legitimè citato auctore & non comparente, ad probationem admittatur, sententia que fetur, licet lite nondum contestata, per sex in c. 3, Ext. De dolo & contum. & ibid. vide omnino Panorm. nu. 15, cum seq. & Andr. Gail, lib. 1. Obser. 59. Ut hinc constet diversam esse rationem in actore, quam in reo contumace.

§. 8. De contumacia rei post litem contestatam.

Ubi verò lis contestata est, reo contumaciter absente, iudex ex iis, quæ probata sunt vel adhuc probati possunt ab actore præsentem, procedit, vel ad condemnandum vel ad absolvendum reum:

aut si minus probatum fuerit, post possessionem auctori adjudicat: salva reo proprietatis quaestione, c. Prout 4, Ext. De dolo & contum. d. l. Consentaneum 8, C. Quomodo & quando iudex, l. Proparandum 11, §. 5, sin autem reus C. De jud. Quamvis & hoc casu postulare possit actor, ut reus absens requiratur, & ad iudicem ducatur, d. l. Consentaneum adde Panorm. ad c. 4, Ext. h. t.

§. 9. De contumacia actoris post litem contestatam.

Si actor lite contestata contumax sit, licet ad finem trienni (quod peragendo iudicio civili à legibus constitutum est) extracta, causa que liquida fuerit, similiter iudex ad definitivam sententiam progreditur, etiam in favorem actoris absentis, si cum meliorem causam fore videatur: alioqui reum absolvit ab observatione iudicii, auctore in expensas condemnato, d. l. Proparandum §. & siquidem, juncto §. huiusmodi cum §. seq. & l. Et post editam 73, D. De judic.

NOTATIO ad Tit. 4.

a Quod impedimentum insinuandum iudici per excusatorem, qua insinuatione facta, sententia, si qua sequitur, ipso iure nulla est, l. Quæ situm 60, De re jud. Alias sententia tenet ipso iure, quamvis contra eum peto possit restitutio in integrum, tit. D. Ex quibus caus. major. Panorm. ad c. 2. nu. 4, Ext. De procur. & ibid. latius (mol. nu. 14, cum 2, seqq.

b In Camera verò Imperiali tribus modis proceditur contra contumacem reum. Vel ad poenam banni, vel ad immissionem bonorum, de qua hic in §. seqq. aut in principali causa proceditur usque ad definitivam sententiam, pro arbitrio ipsius actoris. Vide ordinat. Camera in 3, p. tit. 43, & Andr. Gail. lib. 1, Obser. 66.

DE LIBELLI OBLATIONE.

TITULUS V.

§. 1. Libellus reo offerendus est perspicuus.

Ro verò in iudicio comparenti, per se, vel procuratorem suum, sive defensorem ut sup. de procuras. in princ. libellus offerendus est contineus actoris intentionem, Auth. Offeratur in pr. C. De lit. contest. idque verbis perspicuis, ut inde reus deliberare possit, cedere an contendere debeat, l. 1. D. De edend. aliis justè reus excipit contra libellum, c. 2, & 3, Ext. hoc tit. Sed & pluri-

mum interest iudicis rem dilucidè in libello proponi, ut sententiam certam proferte possit, §. curare in fine. De action. l. fin. De ed. De sentent. que sine certa quant. Non tamen statim libellum obsecuto rem rejiciet aut confringet iudex, sed ex deductis post in iudicium declarationem ejus expectabit. l. fin. C. De annali except. cap. 3, §. secus autem De sent. & re judic. in 6, juncta l. Inter stipulansom 83, §. 1, D. D.

D. De verb. oblig. l. Si quis in sententia 66, D. De jud. Quamvis & inepram animadvertere, reum à iudicii instantia absolvet; actori interim potestate relicta petitionis suæ de eund. repetendæ & re ad institucendæ. cap. Examinata 15, Ext. De judic.

§ 2. Libellorum duplex genus.

Libellus alius civilis est, alius criminalis. Civilis est (qui & conventionis sive conventionalis dicitur, cap. fin. Ext. hoc sit. C. De annali except.) qui in rem civilem, id est, in id quod actoris interest, conceptus est Criminalis, qui criminis accusationem continet. Sed de hoc infra suo loco, sub. tit. de accusat.

§ 3. Libellus actionis nomen an continere debeat, item an petitionis causam.

In libello civili licet hodie non sit necesse, conceptis verbis actionis nomen exprimere (aliter enim olim obtinebat, l. 1. & 2. Cod. De form. & impetrat. act. sub.) sed sufficit factum narrare, ut inde jus agentis elici possit, cap. dilecti 6, Ext. De judic. nihilominus, si personali actione agatur, causa obligationis in libello exprimenda est: veluti. Peto centum ex mutuo, ex vendico aut ex simili causa. Neque enim aliter deliberare poterit reus, contendere an cedere debeat, d. cap. fin. hoc sit. cap. Perv. nit. 5, Ext. De censib. Sin actione reali, puta, rei vindicatoria, satis est dominium libello inferuisse, videl. Peto rem, quia mea est, id est, iure domini ad me pertinet, § 1, in fine Inst. De action. ad de And. Gail. lib. obs. 61, nu. 4. quia ex eo certior fit reus cedere an iudicio experiri velit. Quippe duo eisdem rei dominium in solidum habere non possunt, l. Si ut certo 5, §, Si duobus D. Commodati; neque eandem rem ex pluribus causis obtinere, l. Non ut ex plurib. D. De R. l. 3, §, ex plurib. D. De acq. vel amitt. poss. licet non prohibeatur actor & causam domini libello simul comprehendere; asserendo rem suam esse, quia sibi legata vel donata est, vel simili titulo acquisita l. Si mater 11, D. De except. rer. judic. 3, De sent. & re. ad in 6.

§ 4. Reus an cogendus statim libello respondere.

Non tamen cogitur reus statim libello actoris respondere; sed ipsi induciæ permittendæ sunt ad

deliberandum, Auth. Offeratur C. De litis contest. cap. Dilatus 11, & ibi D. d. Ext. De procurat. nisi forte de ipsa citatione dederit, qua de causa conveniatur. Nam hoc casu rejectis induciis deliberatoriis, reopondere cogitur reus, vel ad causæ ipsius cognitionem & definitionem proceditur, cap. 2, Ext. De dilationib.

§ 5. Plures actiones eodem libello cumulari posse.

Neque tamen una actio, sed & plures simul eodem libello proponi & cumulari possunt ab actoribus, l. Si idem cum eodem 11, D. De jurisd. om. iud. cap. Querelam 14, Ext. De elect. cap. 3, Ext. De caus. poss. & quibus à reo sigillatim respondendum est, & à iudice totidem proferendæ sententiæ in eodem iudicio d. c. 3, And. Gail. lib. 1, obs. 63.

§ 6. De reconventionem rei.

E diverso quoque reo permittum est, actorem suum reconvenire etiam ex alia causa, durante eodem iudicio, sive iudex ordinarius sive delegatus sit etiam si aliàs is proprius iudex non sit ipsius actoris, l. pen. cum Auth. Et consequenter Cod. De sentent. & interlocut. §. fin. Novel 96, de executor. d. Si idem cum eodem §. 1, cap. 1, & 2, Ext. De mutuis petit. cap. 3, §. fin. De rescript. in 6, & sup. de iudic. §. per reconventionem. Cujus enim in agendo, inquit Iustinianus observat arbitrium, cum habere & contra se iudicem in eodem negotio non ded. gae. ut, text. est in d. l. pen. sibi per verbum negotium intelligo iudicium. Hac tamen adhibita moderatione, ut si ante vel non multò postlitum contestatam, actio à reo relata fuerit actori, utraque conventionis & reconventionis causa simul expediat: alioquin singulæ per se & separatim perorandæ sunt, probat textus in d. Parag. fin. Novel 96, in verbo, mox; & disputat. lat. Panorm. ad c. 1, Ext. De mutuis petit. Et Camera Imperialis hanc nostram sententiam probat, nisi videre est in Ord. Cap. in 3. p. tit. 30.

NOTATIO in Tit. 5.

a Quandoque mixti generis est libellus, veluti a specie, qua agitur ad divortium inter conjuges propter adultarium, c. Tuæ 5, Ext. De procur. & cum inventatur querela inofficiosi testamenti, Glof. ibid. Sed mixta ad sua simplicia facile revocantur.

DE EXCEPTIONIBUS.

TITULUS VI.

§. 1. Cur inventa exceptiones.

Siquitur, ut de exceptionibus dispiciamus, quæ reorum causâ comparatæ sunt ad elidendam vel suspendendam intentionem actoris, *Institur eod. in primo iur. l. 2. D. eod.*

§. 2. De duplici genero exceptionum.

Ac proinde duplicis generis sunt exceptiones: aut enim sunt temporales & dilatorix, aut peremptoriæ, *l. 3. D. eod. & §. appellantur Instit. eodem.* Temporales & dilatorix ad tempus actori noceant, & reo temporis dilationem tribuant, *d. §. appellantur.* Quæ rursus duplices sunt: vel enim sunt dilatorix solutionis, qualis est pacti conventi, ne intra certum tempus petatur, *d. §. appellantur vers. temporales.* Vel sunt dilatorix iudicii, quæ & præscriptiones fori appellantur, *l. fin. C. hoc sit.* obiciunturque vel in personam ipsius iudicis, vel in personam actoris sive eius procuratoris, vel in ipsam causam, de qua controversia est. Quæ hic sigillatim persequamur.

§. 3. Exceptiones recusatorix iudicis.

Exceptiones in personam iudicis ex duobus capitibus potissimum nascuntur: aut quia iudex incompetens est, aut quia suspectus. Iudex incompetens est, vel qui inter non subditos suos, vel inter subditos quidem suos, sed extra territorium suum ius dicit; vel qui iurisdictionis suæ modum excedit, *tit. C. si à non compet. iud. & l. fin. D. de iurisd. & l. 3. D. de offic. præsid.* Suspectus vero dicitur, qui cognatione, affinitate, necessitudine domesticâ aut familiaritate, actorem contingit, *l. Qui iurisdictione 10. D. de iurisd. l. Lex Cornelia 5. circa princ. D. de iur. cap. Postremò 36. Ext. de appell. cap. Insinuante 25. Ext. de offic. & potest. iud. del. vel qui est inimicus reo, l. Separiter 9. D. de liberali caus. vel qui in eadem causa advocatum egit, *l. cap. Postremò,* vel eiusdem ferè generis litem habet, *cap. Causam que 18. Ext. de iud. vel aliter iustam suspicionem movet reo, cap. Postremò. Vide latius cap. causam que & ibid. Dd. Ext. de offic. & potest. iud. deleg. Holtens. in Summa de recusat. iud. num. 3. And. Gail. lib. 1. obser. 33. num. 9.* Etenim periculosum est sub suspecto iudice litigare *can. fin. III. quest. 5. c. 5. Ext. de excep. c. Secundo 41. in fine. Ext. de appell. l. Apertis-**

fini 14. C. de iud. propter affectionem, quæ solet pervertere humanum iudicium, can. Quatuor 21. quest. 3.

§. 4. Quando opponenda recusatoria iudicis.

Hæ autem exceptiones, quæ ex persona iudicis sumuntur, opponendæ sunt in principio litis, id est, ante omnem actum iudicalem: alias videbitur reus consecrare in iudicem, & prorogare ipsius iurisdictionem, ubi scilicet iudex incompetens est: si suspectus, suspicionis causam nequaquam curare, *l. fin. C. hoc sit cap. Inter monasterium 20. De sent. & re iud. cap. Postremò & ibid. Dd. Ext. de appellat. cap. 4. hoc sit iunge §. per consensum sup. de iud.* Nisi fortè suspicio postea emergeret, aut in ipsius cognitionem veniret reus: nam & tunc reculandi iudicis potestas superest reo, *d. cap. Insinuante & d. cap. 4. & ibi Glossa.*

§. 5. Causa suspicionis ex persona iudicis, coram quo proponenda & cognoscenda.

Proponenda verò est hæc suspitionis causa coram eodem iudice: coram arbitrariis utrimque electis probanda. Quæ si probata fuerit, iudex cognitionem causæ alteri demandat, ex consensu ipsius recusatoris, vel ad superiorem iudicem refert: non probatâ, idem perseverat iudex, *c. Cum specialib. 61. & d. cap. Secundo 41. §. fin. Ext. de appellat. in uno cap. 4. Ext. de foro compet. c. 2. de appellat. in 6.*

§. 6. De exceptionibus in personam actoris.

Ex persona actoris variæ exceptiones deducuntur. Si enim actor vel filiusfamilias sit, vel minor 25. annis, vel servus, vel religiosus, vel excommunicatus, vel furiosus, vel alias mente captus, iustè refutatur à reo.

§. 7. Filiusfamilias quatenus in iudicio consistere potest.

Etenim in filiofamilias constituti iuris est, eum in iudicio consistere non posse absque assensu patris sui, *c. fin. in fine de iudic. lib. 6. l. fin. circa princ. vers. necessitas C. de bon. qua lib. vide ibidem. Bald.*

L 2 2 2

Salic,

Salic. & alios dicit præterquam in causis castrensi-
bus vel quasi, l. *En nulla* q. i. i. c. *ibid.* Gl. D. De judic.
(in quibus vice patrisfamilias fungetur) l. 2. D. Ad
SC. Maced. item in spiritualibus, c. 5. in fine De jud.
in s. in dote ad vaticana, juxta Auth. Quod locum C.
De collocatione vel si alieno nomine, veluti pro-
curatorio, in judicio experiat, c. Qui generalis 5. §. 1.
De procurat. in c. d. Filii fam. §. 1. ubi quoque filius D. De
procurat. aut patris absentis aditus sine incom-
modo filii expectari non possit, l. Si longius 18. §. 1.
D. De judic. Gl. Cum filius fam. 17. D. si cert. pet. His
etenim casibus filiosam. petendi consensus patris
necessitas à jure remissa est, ut dicitur in iuris.

§. 8. De minore xxv. annis.

Nec de minore 25 annis addubitatio est, eum
neque licet invenire acque excipere posse abs-
que tutoris vel curatoris auctoritate, l. 1. §. 2. C.
Qui legit. person. etiam in causa criminali, veluti
homicidii, adulterii, furti, aut alterius generis,
textus expressus in l. Clarum 4. C. De auctor. præst.
Quod attendant Judices.

§. 9. De servo & Religioso.

Sed & de servo explorati juris est; ab eo neque
judicium posse institui neque suscipi, l. Servus cum
l. seq. C. De judic. cum mortuo comparatur à jure
civili, l. Servitutum D. De R. l. nisi certis casibus,
quialibi referuntur, in l. Vix 13. §. ibi Gl. & DD.
D. De jud. Cui hac in re non dissimilis est Religio-
sus, propter rationem textus in c. fin. in pr. De testam. lib. 6.
præterquam quod hic causas monasterii recte
a patre voluntate Superioris sui, can. Monachi 221.
quasi. 2. a. a. d. c. unio. §. ibi D. Ext. De Synodo.

§. 10. De excommunicato, furioso, & monte capto.

Excommunicato, cum communione fidelium
ipsi interdictum sit, agere non licet in judicio, c. 2.
& Exceptionem 32. Ext. De except. quam vis hic ab alio
convectus jure se defendat, c. Intelleximus 7. §. ibi
Gl. Ext. De just. c. Discreta 10. De except. c. Si verò 34.
Ext. De sent. excomm. a Furiosi & amentes, cum ju-
dicio animi careant, ab agendo & excipiendo re-
cte submoventur; sed eorum loco sunt curatores
eorum, l. fin. C. De curat. furiosi.

§. 11. De exceptionibus ex persona procuratoris.

Quod attinet ad exceptiones in personam pro-
curatoris; hæc in auctoritate procuratorem justè in-
voquantur, quod is miles sit, l. Militem l. Ita de-

num C. De procurat. quod fœmina, l. Fœmina 2. D.
De R. l. quod d. mutus & surdus, l. 2. §. furiosus Gl.
Mutus & surdus 43. D. De procur. quod accusatus
de crimine, l. Reum 6. Coad eod. & ibi Gl. quod mi-
nor 27 annis, c. Qui generaliter 5. §. fin. eod. in 6. l.
Minor D. eod. quod mandato careat, l. hec 4. C.
eod. & in nostris in fine Ext. eod. quod non legitime
constitutus sit veluti a minore 27 annis sine au-
thoritate tutoris vel curatoris, l. Neque 1. §. 1. C.
De procurat. Gl. 4. C. Si adversus rem sua aut apto-
curatore, qui substituendi jus non habuit, l. Quod
quis 8. C. De procur. jure quoque dicimus latè sup. de pro-
cur. Quæ similiter & in procuratorem rei con-
venti rectè obijci poterunt nisi quod hic absque
mandato defensionem rei legitime in se suscipiat,
de quibus egimus sup. in prox. in princ.

§. 12. De exceptionibus dilatoriarum causa.

Exceptiones verò, quæ ratione causa contro-
versæ affamuntur, sunt potissimum hæc 3. helli
inepeditio vel obscuritas, citatio tempore feriatum
vel ad locum non tutum facta, de quibus egimus
sup. in princ. in princ. & §. 1. & §. pen. sup. de in jus
vocanda. Item spoliatio, in qua hoc singulare est,
quod spoliatus exceptionem spoliationis obijci-
ens spoliatori suo etiam de alia re, quam de qua
controversia est, ante audiri & restitui debeat,
quam cogi possit ad respondendum, c. 2. c. fin. Ext.
De ord. cognitio. Excipe casum §. seq. & in s. hinc quæsum
est sup. De decimo.

§. 13. Mulier ejecta à marito etiam ex causa prius
restitui debet.

Nam & hinc mulier à marito suo privata au-
toritate ejecta vel dimissa obtentu consanguini-
tatis, rectè restitutionem petit mariti sui, etiam
ante cognitionem causa consanguinitatis, c.
Ex conquisitione 10. Ext. De restit. spol. c. 3. Ext. de di-
vors. Adhibito tamen temperamento c. Literas 13. §. c.
Ext. transmissa 2. Ext. de rest. spol. Quod & in adultera
uxore observatur: nisi huic us ad alterum notori-
um sit; quo casu petenti uxori restitutio denega-
tur, c. Significasti 4. & ibi Gl. Ext. de divors. vide Cor-
vati in 4. p. 2. c. 7. §. 4. num. 14. cum seqq.

§. 14. De perpetuis & peremptoriis exceptionibus.

Perpetuæ autem & peremptoriæ exceptiones
dicuntur, quæ non ad tempus, sed perpetuè a-
gentibus obstant, & rem, de qua agitur, perimunt.
Qualis sunt exceptiones doli mali, metus,
pacti conventi perpetui, transactionis, jurisju-
sant

randi, praescriptionis, Senatusconsultorum Vellejani & Macedoniani, item rei iudicatae, § *appellatur* & *passim* Inst. h. t. l. 3. d. cod. c. 1. de litiis concess. in 6

§. 15. Exceptio doli mali.

Exceptio doli mali competit, ubi dolus adversarii intervenit: idem introducta est, ne cui dolus suus proferat, alteri vero noceat contra naturalem aequitatem, l. 1. d. de doli mali & metus except. Nihilominus concurrunt haec exceptio cum alia qualibet exceptione. Cum etiam a principio dolus ex parte actoris non intervenit, tamen dolo faciat actor, qui id perit, quod qualibet exceptione elidipotest: nisi talis sit ignorantia actoris, quod dolo careat, l. 2. §. & generaliter d. d. tit. de doli except.

§. 16. Exceptio doli boni non nocet.

Huius dissimilis est exceptio doli boni, quae agenti non nocet: ut in eo, qui dolo inductus est ad possessionem Monasticae vicar, c. penult. Extr. de his qua vi, can. fin. xx. quasi. 3. b

§. 17. Exceptio metus.

Exceptio metus locum habet, ubi quis metu iaductus est ad agendum aliquid vel permittendum, l. 4. §. pen. d. de doli mali & met. except. iuncta l. Metum autem d. de eo quod met. caus. Metum autem interpretamur, non timorem quemlibet, sed maioris mali, qui & in hominem constantem cadit, l. Metum cum l. seq. d. d. tit. c. 4. Extr. cod. qualis est metus mortis, cruciatus corporis, carceris, vinculo- rum, servitutis, stupri, l. 3. in fine cum aliquot l. seq. l. Nec timorem 7. §. 1. vers. timuit d. cod. de eo quod met. caus. l. 4. & 7. C. cod. Nam vani timoris iusta excusatio non est, l. Vanus d. de R. I. d. c. pen. c. de his quib. ve. &c.

§. 18. Exceptiones pacti conventi, & transactionis.

Exceptio pacti conventi perpetui illi datur, qui pactus est cum creditore suo, ne peteret, aut cum eo, cui faciendi jus est, ne faceret, l. 1. 2. & passim d. de pact. & tit. Inst. de except. in princ. Itaque haec exceptio contra rem certam pactione remissam obicitur. Sin de re dubia litaeque incerta transactionum sit, competit exceptio transactionis, l. Causa 16. C. de transact. Adde hic tit. de pact. & transact. sup.

§. 19. Exceptio iurisjurandi.

Exceptio iurisjurandi tunc recte opponitur, ubi quis deferente adversario suo iuravit, se illi

nihil debere, aut rem, de qua controversia est, suam esse, §. aequè Inst. de except. Vel si parato iurare remissum sit iusjurandum ab adversario, l. Non erit §. in fine cum l. seq. d. de iurjur. l. 8. C. cod. Itaque iusjurando praestito aut remisso, de causa, quae in controversiam venit, non amplius quaeritur, d. l. Non erit, cum l. seq. §. item si quis iust. d. action. quia haec res transactionis & solutionis instar est, l. 2. l. iusjurandum 27. d. de iurjur.

§. 20. Exceptio praescriptionis.

Exceptio praescriptionis ex lapsu temporis sumitur, cum quis certo temporis spatio a iure definito rem possedit; aut cum debitor esset, interpellatus non est a creditore suo. Variè autem hoc spatium a iure circumscriptum est, ut iam dicetur.

§. 21. De praescriptione rei corporalis: & quid sit titulus in praescriptione.

Etenim in re corporali, si quis rem mobilem bonâ fide & iusto titulo per triennium, aut immobilem per longum tempus (id est inter praesentes per decennium, inter absentes vero per viginti annos) possederit, exceptione temporis legitime se tueri potest, l. unica C. de usucap. transfor. l. Super l. 1. & l. fin. C. de praescript. longi temp. & Inst. de usucap. in princ. Appellamus autem titulum, causam acquirendi dominii, ut sunt emptio, donatio, legatum, permutatio: quibus rei dominium, si tradens dominus sit; sin minus usucapiendi sive praescribendi conditio, in accipientem transit, l. 1. d. Pro suo, l. 3. §. genera d. de acq. val. amitt. poss.

§. 22. De praescriptione rei incorporalis.

Idem est in re incorporali, ut est ususfructus, servitus, tam urbana quam rustica: quibus similiter longo tempore praescribitur, l. pen. C. de usuf. fr. l. pen. C. de servit. l. fin. C. de praescript. longi temp. Ac in actionibus opus est 30. vel 40. annis, ut praescrip- tionis locus sit, l. 3. & 4. C. de praescript. 30. vel. 40. annor. d. In querela vero inofficiosi testamenti, l. Si quis situm 34. C. de inoffic. testam. & inofficiosae donationis quinquennium, l. fin. C. de tempore in integr. rest. conungat. tit. inf. de restit. in integrum, in petenda restitutione in integrum quadriennium, spectantur.

§ 23. *Ius singulare in rebus Ecclesie præscribendis.*

Porro in rebus Ecclesiarum singulari jure utimur: ut contra eam non currat præscriptio, nisi quadragenaria, c. 4. 6. & 7. Ext. De præscript. præcipue contra Ecclesiam Romanam, ubi centenaria præscriptio exigitur, c. Ad audientiam 13. cum seq. eod. Nov. 10. ut Ecclesia Rom. a Subducto ramentempore, quo forte Ecclesie vacarunt, id est, Prælato caruerunt, quod in præscriptionem non imputatur, c. 1. c. Auditis 13. c. Cum vobis 14. Ext. De præscript. facit l. 1. §. fin. De annali except.

§ 24. *De bona fide & titulo præscriptionis.*

Et licet in qualibet præscriptione bona fides, hoc est, illa conscientia, quæ putat præscribens rem, quam possidet, suam non alienam esse, toto præscriptionis tempore requiratur, secundum juris regulam, Possessor male fidei ullo tempore non præscribit, c. Possessor De R. I. in 6. junctio fin. De præscript. non tamen semper titulo opus est, veluti in præscriptione 40. annorum, in qua bona fides sufficit; præterquam si jus commune, aut præscriptio præscribenti adversetur. Nam hac specie titulo opus esset, aut immemoriali præscriptione; sicut discretè constitutum est a Bonifacio VIII. cujus rescripti verba hic liber adscribere: Episcopum, qui Ecclesias & decimas, quas ab eo repetis, proponit (licet in tua sint constituta diœcesi) se legitime præscripsisse, allegare oportet (cum jus commune contra ipsum faciat) hujusmodi præscriptionis titulum & probare. Nam licet ei, qui rem præscribit Ecclesiasticam, si sibi non est contrarium jus commune, vel contra eum præscriptio non habeatur, sufficiat bona fides: ubi tamen est ei jus commune contrarium, vel habetur præscriptio contra ipsum; bona fides non sufficit, sed est necessarius titulus, qui possessori causam tribuat præscribendi: nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cujus contrarii memoria non existat, text. est in c. 1. De præscript. in c. Vide Coniat. Var. resol. lib. 1. c. 17. num. 7. Adde de jure civili in præscriptione 30. annorum etiam non requiri titulum. l. Si quis emptio 8 §. quod si quis C. De præscript. 30. vel 40. annor.

§ 25. *Exceptio SC. Vellejani.*

Exceptione SC. Vellejani utitur mulier, quæ pro alio, etiam filio, intercessit vel fidejubendo, vel mandando, vel constituendo, vel in rem suam oppignorando, vel alterius obligationem in se

recipiendo, l. 1. & passim D. & C. Ad SC. Vellejan. idæque fragilitati ejus tributum est, quæ multis hujusmodi casibus objecta est, l. 2. D. d. tit. Ac proinde si decipiendi animo, vel cum sciret se non teneri mulier, pro aliquo intercesserit, cessat hæc exceptio, l. Si decipiendi 30. D. d. tit. Idem est, si huic exceptioni renuntiavit, l. fin. §. fin. D. eod. Adde Ant. Gomez. Var. resol. como 2. cap. 3. 2.

§ 26. *Exceptio SC. Macedoniani.*

Exceptione SC. Macedoniani juvat filiusfamilias, qui pecuniam mutuo accepit. Nam ex SC. Macedoniano nec ipse filius, nec pater ejus tenetur eam reddere, l. 1. & passim Cod. Ad SC. Maced. Quod idè prospectum est, quod sæpè filii familias onerati a re alieno, vitæ parentum infidiabantur, §. penult. Inst. Quod cum eo, qui in alieno potest. Quæ tamen exceptio cessat, si filius voluntate patris contraxit, vel saltem eo sciente & non contradicente, vel postea ratum habente, l. 2. & l. fin. C. Ad SC. Maced. l. Si tamen 14. l. filiusfam. absente 8. D. eod. tit. aut in eam rem pecuniam accepit, quæ patris oneribus incumberebat, d. l. 2. vel in causam studiorum sive legationis, dum alibi ageret filius, l. 3. c. d. tit. & l. 9. D. eod. aut si creditor justiorore ductus ipsi tamquam patrifamilias pecuniam numeravit, l. 1. & l. 2. C. eod. aut ipse filius postea sui juris factus debitum agnovit, d. l. 2. l. Sed Iulianus 9. D. eod.

§ 27. *Exceptio rei judicata.*

Denique exceptio rei judicæ illi competit, cum quo semel in judicio actum fuit, & per sententiam Judicis absolutus est, toto tit. D. De except. rei jud. & §. item si Inst. hoc tit. si enim rursus adversus eum instatuatur judicium, repellit agentem hac exceptione. Neque interest, in Ecclesiastico Judicio, an sæculari antea actum fuerit; cum sententia in altero judicio lata; in altero quoque exceptionem rei judicæ parit, cap. 2. De except. in 6. dum tamen de eadem re ex eadem causa & inter eosdem sive successores eorum, contentio sit: alioqui rei judicæ exceptio agenti nihil oberit, l. Cum quaritur 12. cum ll. seqq. D. d. tit. De except. rei jud.

§ 28. *Perpetua & peremptoria exceptiones quando opponi possint.*

Hæ autem perpetuæ & peremptoriæ exceptiones opponi possunt in quavis iudicii parte, modo ante sententiã, l. 2. C. Sent. res. inã non posse l. Pra-

Prescriptionem 8. Cod. De except. exceptis quibusdam casibus, quibus & post sententiam licite obijciuntur: qui alibi recensentur, in Glos ad l. 1, C. De iuris & facti ignor ubi & Dd.

§. 29, De Replicationibus, Duplicationibus &c.

Atque hæc quoad exceptiones rei conventi, quæ nonnunquam contrariis exceptionibus rursus ab ipso actore retunduntur; quæ proprio nomine vocantur Replicationes, quasi per eas replicentur, id est, resolvantur exceptiones rei. Quæ si rursus aliis exceptionibus à reo impugnentur, vocantur Duplicationes, & contra has solent dari Triplicationes, rursus contra triplicationes, Quadruplicationes, & ita deinceps, l. 2, D. De except. & tit. Insit. De replicationibus. Quæ tamen multiplicatio de iure Canonico non admittitur, saltem quoad testes antea productos attinet, quos tertio resurare non licet, ne nimium extrahatur iudicium, cap. Licet, 49, Ext. De testib. ubi quoad alia latè Panor. mit.

NOTATIO in Tit. 6.

a Excommunicato assimilatur bannitus; qui licet agere non possit, tamen hic ab alio conventus rectè se defendit, per ea, quæ tradit And. Gail. de pace publ. lib. 2, cap. 12.

b Idem videtur intelligendum de matrimonio dolo inito, de quo apud Glos & DD. ad c. penult. Ext. de his qua vi & c.

§ Prescriptio & exceptio sæpè pro eodem sumuntur

præcipuè in iure Civili, l. Nihil interest 12, D. De inoff. testam. l. Qui cum 9, D. De transact. l. 8, & l. fin. C. De except. Hic tamen uti species ab aliis exceptionibus separatur, ut & in C. De præscript. longi temp. cum aliquot tit. seqq. & in 6, De præscript. d. Quod hic de actionibus præscribendis dicitur, id regulariter d. Etum volumus, nam sunt actiones, quæ brevioris temporis sunt, de quibus in l. In honoratis & ibi Dd. D. De act. & oblig.

c Adde in rebus civitatis relictis, donatis vel venditis etiam requiri præscriptionem centum annorum, l. fin. C. De SS. Eccles. Sed an in rebus Ecclesiarum mobilibus præscriptio quadragenaria locum habeat, vide Panor. & alios ad cap. 1, Ext. De in integ. restitur.

f Putant quidam hanc renuntiationem non valere, nisi in iudicio facta sit, ut videre est apud Ant. Gomez. Vatar. resol. lib. 2, c. 13, num. 7. & sic censent accipiendum esse text. in l. fin. D. Ad SC. Velleian. Verùm hic text. aperte videtur adversari, dum inquit: Cavere debet, exceptione se non usutum, & sic ad iudicem ire. Vnde magis videtur renuntiationem valere, etiam extra iudicium factam. Sunt & alia exceptiones, quibus cessat Senatusconsultum Velleianum, quas vide in Glos ad l. fin. C. Ad SC. Vell. Coniunge l. Antiquæ 23, §. fin. C. eod. tit. ubi ex Iustiniani constitutione mulier non aliter opus habet Senatusconsulti exceptione, quam si instrumento publico à tribus testib. subsignato intercesserit; aliàs ipso iure tuta est. Similiter si intercesserit pro marito ipso iure tuta est, nisi probetur verum in utilitatem mulieris, Auth. Si qua mulier C. d. tit. §. & illud Nov. 134, Vi nulli iudic.

DE LITIS CONTESTATIONE.

TITULUS VII.

§. 1. Contestatione litis necessaria est ad constituendum iudicium.

Litis contestatio basis quodammodò est, constituendi iudicii ordinarii, l. amplius 15, O. Rem rat. hab. a Neque enim, eà omisâ, testes recipiunt ad sententiam definitivam deveniri potest, adeoque corrumpitur processus iudicii, toto tit. Vt lito non contest. c. Duadum 54, §. licet Ext. De elec. d.

§. 2. Litis contestatio quando inducatur.

Eit autem litis contestatio per petitionem in iure, id est, in iudicio propositam & responsionem subsequutam, animo confingendi, d. §. licet & c.

unico Ext. h. tit. l. 1, C. eod. adde Hostiens. in Summa hoc tit. num. 2. Unde per pudam narrationem facti & responsionem, litis contestatio non inducitur, iam ad iuris & ne quidem, si peremptoria exceptio contra intentionem actoris objecta fuerit à reo, c. 2, hoc tit. in 6, De peremptoria except. vide sup. tit. prox. §. perpetua.

§. 3. Peremptoria exceptio an impediatur litis contestationem.

Sed an saltem peremptoria exceptio impediatur litis contestationem? Minimè. Nam nihilomi-

nus, eâ non obstante, lis contestanda erit, præterquam si sit exceptio litis finitæ, pura rei iudicata, transactionis, iurifurandi, quæ ante litis contestationem cognoscenda est; *c. 1. eod. tit. in 6, adde ibid. D. latus.*

§. 4. Casus quibus ante litis contestationem receptio testium admittitur.

Sed quod dictum est, omissâ contestatione litis, testes non posse recipi, perpetuum non est. Si enim inter moras contestandæ litis periculum sit, ne testes, quibus causa probari potest, moriantur, aut diu abfuturi sint, possunt testes, ubi civiliter agitur, interim audiri & recipi, si reus sit contumax, sive absens absque malitia, ut conveniri non possit, dummodò testibus eo modo receptis, actor intra annum, si potest, agat, aut saltem receptionem huiusmodi testium reo denunciaret: Aliter enim attestations receptæ nullius momenti sunt, *cap. fin. in princ. Ext. Ut lites non contest.* Quâ ratione, & actor memoriz conservandæ causæ ejus, quod sibi sub conditione debetur, testes audiri rectè desiderat, ne fortè pendente conditione testes rebus humanis eximantur, *l. In lege Aquilia 41, D. Ad L. Aquil. Quidam 32, §. 2, D. De furt. adde Auth. Sed et si C. De testib. At verò reus cum*

non sit in ejus potestate, quando conveniatur, *l. Plurè 5, paragr. fin. D. De doli mali except. justè sum-* per desiderat testes suos produci & audiri, de nuntiatione facta adversario, *cap. Significavit 41, Ext. De testib. l. fin. C. De usur. pupillar. l. 3, paragr. duo D. De Carbon. edito.*

§. 5. Lites pendente nihil innovandum.

Et quamvis per litis contestationem propriè judicium constituatur, ut jam antè meminimus: ad perpetuandam tamen jurisdictionem judicis delegati (eo scilicet casu, quo aliàs morte delegantis exspiraret ejus jurisdictione) & ad impedimentum, ne quid in causa innovetur, sufficit vel sola citatio, quæ in notitiam rei pervenit, aut per eum factum est, ne veniret, *c. Gratium 20, Ext. De offic. & potest. jud. deleg. junct. l. Et quia 6, D. De jurisd. Clement. 2, Ut lites pend. adde & tit. C. Ut lites pend.*

NOTATIO in Tit. 7.

a Nam in extraordinario judicio litis contestatio necessario non exigitur sicut in paragr. judicium verò extraordin. sup. de judicis.

b Quò ad causæ decisionem, contumacia interim absentis punitur, latus sup. tit. de dolo & contum.

DE JURAMENTO CALUMNIÆ.

TITULUS VIII.

§. 1. Juramentum calumniæ quando & quibus præstandum?

Lites contestata, aut etiam non contestata, iis scilicet casibus, quibus contestatio litis non requiritur, quos supra recensuimus, in §. judicium verò sup. tit. de judic. devenitur ad juramentum calumniæ, non solum ab actore & reo, sed & ab eorum procuratoribus præstandum, *l. 2, C. hoc sit & pen. Ext. eod. c. 2, §. 1, eod. in c. 2*

§. 1. Quæ continuantur juramento calumniæ.

Quod hac forma præstat ab actore, ut juret se non animo calumniandi litem incedere, sed quòd existimet se bonam causam habere. A reo verò, quòd putet se justè resistere, opinione juris sui. *d. l. 2, in princ.* Ab utroque, quòd nihil penitus patrocinii gratia, iudicibus aut alteri cuiquamque, in causa vel dederit, vel promiserit, vel etiam daturus sit per se sive per alium, præterquam Advocatis honoraria, cæterisque, quibus à jure dari permittitur, *Auth. Principales C. eod.*

*Junct. l. Plebis cito 18, D. De offic. prasid. l. Solet 6 in fin. D. De off. procons. c. Sententium 11, §. 2, insuper De rescriptis lib. 6, l. Cum 25, Auth. Sed hodie, & Auth. Generaliter C. De Episc. & cler. Quibus locis exprimitur illi, quibus & quid dari permittitur. Item quòd neuter exiget ullam probationem, quam non existima verit, necessariam, *Auth. In isto C. De jurejur. propter calum.**

§. 3. Etiam per procuratorem juramentum calumniæ præstari posse.

Neque interest, actor, vel reus per se, an per procuratorem hoc juramentum præstet; dummodò id specialiter procuratori demandatum sit, *c. fin. eod. in 6, Proinde hic procurator & in animam domini, & in suam hoc juramentum calumniæ præstabit, Joan. Andrea in addit. ad c. 3, Ext. h. t. & probat. text. in c. 2, De test. lib. 6, & in c. un. De juram. cal. in 6, Adde And. Gail. lib. 1, Observ. 88.*

TIT. VIII. DE JURAMENTO CALUMNIÆ.

§. 4. Calumnia juramentum & de veritate dicenda in appellationis causa & in quavis iudicii parte præstari.

Adde & juramentum calumniæ in causa appellationis repeti debere, c. 2. in pr. eod. in 6. imò & in quavis iudicii parte præstari posse, c. 1. & 2. in fine eod. in 6. Quod & observandum est in juramento de veritate dicenda, eod. c. 1. & 2. Juramentum verò malitiæ potest iudex exigere à partibus, quoties expedire viderit; etiam si antea de calumnia vel veritate juratum sit, juxta text. in d. c. 2. §. fin. ut in c. 4. Ext. De except. in c. penult. Deterrib. in l. fin. C. De fide instrum.

§. 5. Calumnia juramentum tacite omitti posse.

Et licet consuetudo siue conventio non valeat, ne juramentum calumniæ præstetur, c. Ceterum §. Ext. eod. & d. l. 2. §. sed quia C. eod. attamen obtri-

nuit, ut juramentum calumniæ tacite in tota causa omitti possit; neque ob id processus iudicialis infirmatur, c. 1. paragr. 1. eod. in 6.

§. 6. Pœna recusatantium juramentum calumniæ.

Pœna detrectantis juramentum calumniæ, si actor est, ab instituta actione cadit: si reus, si confesso habetur, c. fin. paragr. 1. Ext. eod. & d. l. 2. paragr. quod si actor, & utrobique Dd & d. Auth. Principales. Vide qua de hac materia habet And. Gail. lib. 1. Obser. 83. cum obser. seq.

NOTATIO in Tit. 8.

a Imò & ab ipsis Advocatis est præstandum juramentum calumniæ, ex præscriptio l. 2. & l. 12. C. De iurejur. propter calum. Sed cum hodie Advocati in iudicio non amplius causas perorent, sed domi consulantur, idè hoc juramentum non præstant.

DE PROBATIONIBVS ET DEPOSITIONIBVS.

TITULUS IX.

§. 1. Probatio quid, & quotuplex.

Hinc ad Probationes decurritur, quibus rei in controversiam deductæ fides adstruitur, l. 1. & passim D. De probat. l. 1. C. eod. l. Duo sunt Titii 39. D. De testam. iur. can. penult. xxx. q. 5. Varieque inducuntur Probationes; aut per testes; aut per instrumenta; aut per iurjurandum; aut per præsumptiones; aut per ocularem inspectionem; aut per famam publicam, concurrentibus aliis iudiciis, l. 3. paragr. ejusdem D. De testib. c. Cum causam 13. Ext. De probat.

§. 2. Positiones in subsidium probationis introduci solent.

Sed quia confessio adversarii in iudicio facta agentem onere probationis relevat, (siquidem confessi in iure pro iudicatis habentur, l. unica C. De confess. l. Postrem. 56. D. De ver. iud.) idcirco usu forensi receptum est, ad faciliorem expeditionem litium, ut positiones ab actore præmittantur, quibus nuda facti narratio articulatim proponitur ad elicendam veritatem ex reo, c. 8. §. 5. & quia positiones De verb. sign. in Clem. vide ibi Glos. Si quidem teneretur reus vel procurator ipsius, interrogatus iussuque à iudice, in respondere: alioqui si absque rationabili causa recusa verit, aut noluerit, seu contumaciter se absentaverit, pro confes-

so habetur, quoad illos articulos, de quibus interrogatus fuit, c. 1. De confess. lib. 6. usque ad eod., licet positiones sint facti negativi, quod probant aliter non potest, quam per confessionem adversarii; idque si fuerint a quibus iudicii, c. 1. eod. tit. De confess. in 4.

§. 3. Positiones non admittuntur, probanda sunt.

Quas verò positiones reus inficiatur, aut saltem non admittit, illæ in modum articulorum ab actore comprobanda sunt, vel testibus, vel instrumentis, vel alio genere probationis; sicut initio hujus Tit. monuimus. Vide latius de hac materia And. Gail. lib. 1. obs. 79. & Specular. de Positio.

§. 4. Reus an ad editionem instrumentorum teneatur.

Ceterum addubitari posset, an sicut reus positionibus actoris respondere cogitur, ita quoque ad editionem instrumentorum vel testium, quibus instruitur actor, constringi possit? Et magis est, non posse, c. 1. Ext. De probat. l. 1. l. 4. & l. fin. C. De edendo & l. Nimis grave 6. C. De testib. Cum nimis grave esset reo, arma, quibus oppugnetur, à se administrari actori, d. l. Nimis. Nisi instrumenta essent actori propria, aut utrique tan-

actori quàm reo communia. Nam his casibus reus ad exhibendum & ad communicandum instrumenta cogendus est, c. C, Perpetuus 12, Ext. De

fide instrum l, Si qua sunt 5, D. Famil. ercis. l. Procurator 7, C, De edendo.

DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS.

TITULUS X.]

§. 1. De usu testium: & duos testes in quavis causa ut minimum requiri.

Testium usus omnium frequentissimus est, non solum in civilibus, sed & in criminalibus judiciis, l. 1, in pr. D, De testib l. fin. C, De probat. c. Super 13, c. Testimonium 54, Ext. hoc tit. ut tamen ad probandam causam duo ut minimum testes adhibeantur, c. 23, Ext. eod. Quia licet quædam cause sint, quæ plures quàm duos testes desiderant, quæ reconsultur à Glos. & ab aliis ad d. c. Licet; nulla tamen est, quæ unius testimonio (quamvis probatissimo) decidi possit, d. c. Licet, c. Veniens 10, c. Cum à nobis 28, Ext. eod. can. Placuit 11. q. 4. l. Iurifurandi 8, hoc tit.

§. 2. Testimonium dictio est editi prohibitorium.

Ad personas testium quod attinet, cum editum de testibus prohibitorium sit, omnes in testes rectè adhibentur, quibus non est interdictum testimonium, l. 1, D. eod.

§. 3. Qui non possint esse testes.

Interdictum est autem servis, cap. Forus 10, §, testes Ext. De verb. sig. l. Servi 7, D, hoc tit. impuberibus, l. 1, §, legi, l. Inveni 19, D, eod. (non item puberibus, præterquam in causa criminali ante vigesimum annum, l. In testimonium 10, D, eod.) furiosis, paragr. furiosus Instit. De inucl. stipul. liberis & parentibus pro vel adversus se in vicem, etiam volentibus, l. Parentes 5, C, eod. l. Testis 2, D. eod. item de crimine convictis aut confessis, cap. Super 13, Ext. eod. junge omnino cap. Testimonium eod. infamibus, l. 3, §, lege Julia in fine D. eod. & d, cap. Testimonium, domesticis, l. pen. D, eod. l. 2, C. eod. cap. In lictis 22, Ext. eod. hæreticis adversus orthodoxum, can. Si hæreticus 11. quast. 7, & Novel. 45, Sed an mulieribus? Minime, cap. Tam licetis 31, cap. Quoniam 3, Ext. hoc tit. cap. 2, De judic. l. 6, & l. Ex eo 8, D. De testib. juncta l. 1, D, eod. licet aliud innotere videantur textus alibi, in cap. Forus 10. paragr. testes autem Ext. De verb. sig. in can. Mulierem xxxiii. quast. 5, qui singulari jure exaudiendi sunt, Vide hic in notat. a

§. 4. In matrimoniali causa admittuntur parentes & consanguinei.

In matrimoniali tamen causa, ubi de consanguinitate quaestio est, parentes; & his deficientibus, proximiores cognati rectè in testes adsciuntur: cum hi genealogiam suam magis quam alii extranei perspectam habeant: aded quod non obstat ipsi juris regula, quæ pater in causa filii, filius in causa patris prohibetur esse testis; quæ ad alios casus pertinet, c. 3, Ext. Qui matrem accus. poss. can. 1, & 2, xxxv. quast. 6, juncta d. l. Parentes & l. Testis & cap. Licet ex quadam 47, Ext. hoc tit.

§. 5. Socii testimonium in causa socii reiciuntur, item advocati & procuratoris: secus ejus, qui est ejusdem universitatis.

Sed & socii testimonium in causa socii refutatur, si ve sit socius ejusdem criminis, cap. Quoniam 11, hoc tit. cap. Veniens 10, cap. Personas 20, Ext. eod. Excipe casum conjugationis, de quo in cap. 11, Ext. De testib. cog. si ve contractus, l. 3, D, eod. can. Si testis paragr. in testib. 17. quast. 3, lard. Farinac. in tract. de test. lib. 2, l. 6, quast. 60, & multò magis si quis in re propria testis audiri velit, l. Nullus 10, D, eod. l. Omnib. 9, C. eod. Unde neque advocatus, neque procurator in ea causa, in qua patrocinium præstant, testes audiuntur, l. fin. D, eod. cap. Insuper Ext. eod. & ne quidem cessante officio in appellationis judicio, cap. 3, eod. l. in 6, Diversum est in iis, qui ejusdem Collegii vel Universitatis sunt, qui in causa Collegii vel Universitatis rectè adhibentur testes, si aliud non obstat, d. c. Insuper, cap. Cum nuntius 12, cap. Tuis 37, Ext. eod. cap. Esi Chrysius 26, Ext. De jur. jur. Siquidem quæ Collegii vel Universitatis sunt, singulorum minimè censentur, l. In tantum 638, & ibi vide latius Bart. D, De rer. divis. l. Sicut 7, D, Quod cuiusque univers. adde & Felin. ad d. c. Insuper.

§. 6. Qualitates testium consideranda.

In cæteris quoque, cum rota testimonii vis ex per-

persona testis pendear, examinabit iudex fidem, mores & gravitatem testis; an scilicet honesta & inculpata vita sit, an verò notatus & reprehensibilis, an locuples, vel egenus, ut lucri causa quid facile admitat; vel ei, pro quo testimonium dicit, amicus sit, vel ipsi inimicus, adversus quem testimonium fert: neque enim audiet, qui adversus fidem testationis suae vacillat, l. 2, c. 3, D. eod. nisi fortè testis in continentem quasi memoria lapsus, errorem suum correxerit; quod in teste admittitur, c. Prætoris 7, Ext. De testib. cogen.

§. 7, Testes plures producti si vario inter se testificentur.

In pluribus testibus ab eodem productis, quidem diversum ab aliis testificentur, *Uell. de intendendi error*, licet impari numero, qui sunt, quive naturæ negotii aptiora & veriora dixerint: non enim ad multum testimonium respici oportet, sed ad sinceram et auctorem fidem, & quibus potius lux veritatis sit, stat, l. Ob carmen 29, paragr. si testes D. De testib. a re idem quoque in testibus ab utraque parte productis observari convenit, cap. In nostra 32, Ext. eod. c. quæ utrobique tradunt Dd.

§. 8, Testes quoties ab eodem produci possint.

Et quamvis liberum sit utrique, tam actori quam reo, tot, quot voluerit, testes in eadem causa ad eundem articulum producere; iudicis tamen officium erit, effectam multitudinem testimonium coercere, & illum solum numerum admittere, quem sufficientem putaverit, l. 15, D. eod. c. cap. Cum causam 17, Ext. eod. Idem faciet in dandis dilationibus ad producendos testes, ut post primam dilationem, secundam & tertiam ex causa tribuat, c. In causis 15, c. ibi Glos. cap. De testib. 29, c. Significaverunt 36, Ext. eod. numquam verò quartam, nisi præstito ab eo, qui hoc postulat, juramento, quòd neque per se, neque per alium testimonium subtraxerit, vel fuerit percunctatus: nec per dolum aut per artem aliquam quartam productionem exposcat: sed quia quos desiderat de novo producere, prius habere nequivit, cap. pent. Ext. eod. paragr. quia verò Novel de testib.

§. 9, Post terminum sive cognitionem vel renuntiationem testimonium, nulla amplius testimonium productio admittitur ad eundem articulum: secus ad diversum.

Igitur elapsis dilationibus, quæ ad producendos testes datae sunt, aut postquam ulteriori testi-

stium productioni renuntiatum est à partibus, aut publicata sive aliter cognita sunt testimonia dicta; non licebit ad eundem articulum, vel alium ipsi directè contrarium, eisdem vel alios testes producere, tam in priori iudicio, quam in iudicio appellationis, propter timorem subornationis, cap. 2, eod. in Clement. d. c. De testibus 29, in fine Ex eod. Auth. atqui semel Cod. De probat. paragr. quia verò Novel de testib. Adde hnd. Gail. lib. 1, observ. 103, Aliud verò est in novo articulo, qui ad probandum in eadem causa sumitur, cui hæc renuntiatio sive cognitio nihil officit, cap. Fraternitatis 17, Ext. eod. l. Per hanc C. De temp. appellat. Si quis enim v. g. conventus ex causa mutui, dicat se soluisse, idque testibus productis probare conatus est; potest nihilominus in eadem vel appellationis instantia, exceptionem pacti de non petendo vel iurisiurandi obicere, eamque iisdem vel aliis testibus confirmare, non obstante publicatione vel cognitione priorum testimonium, cap. Cum causa 42, Ext. eod. c. Cum iohannes 10, Ext. De fide instrum.

§. 10, Testis obscurior repeti potest.

Quòd si iudici obscurior videbitur depositio testis, non prohibetur eundem testem ad examen iterum revocare, c. Cum clamor 53, Ext. eod. Generaliter enim receptum est, ut possit iudex, ubi æquitas eum moverit ante definitivam sententiam interrogare, donec veritatem rei exploratam habeat, cap. Vbi cumque 22, D. De interreg. act. can. Iudicantem xxx 9, 5.

§. 11, De juramento testimonium, & citatione partis ad audiendum.

Ceterum ut fides testis integrè constet, necesse est, antequam audiatur, conceptis verbis religione iurisiurandi se obstringat: Nullius enim testimonio, ait disertè Honorius, quantumcumque religiosus existat, nisi iuratus deposuerit, in alterius præiudicium debet credi, cap. Nuper 51, Ext. eod. l. Iurisiurandi 8, Cod. eod. nisi fortè ab adversa parte, cuius interest remissum fuerit juramentum, cap. Tuus 39, Ext. eod. Quin & ad audiendum testem, adversam partem citari oportet, cap. 2, Ext. eod. c. ibi Glos. Panorm. & Felin. l. Si quando 15, c. Auth. Sed c. si C. eod. c. Glos. & Barr.

§. 12, Testes atroque iure quando cogantur.

In cogendis testibus hoc discrimen est inter jus Civile & Canonicum, quòd de iure Civilis omnes ad dicendum testimonium compelli possunt.

▲▲▲▲

fin.

fiat, d. l. Si quando l. 3, §. exhibere D. De tabulis exhib. & l. 3, §. lege Julia & l. 4, D. De testib. paucis exceptis, de quibus in l. 4, §. 8, l. 19, D. eod. & can. Si testes §. lege Julia vi qu. 1, b De jure verò Canonico, moneri prius & induci debent; & demùm i, si odio, gratiâ, vel timore impediuntur, & inopia probationis dicte, distinctione Ecclesiasticâ constringi, cap. 1, 3, & passim Ext. De testib. cog. vide que tradit Panorm. ad cap. 10, Ext. De testib. cog. ubi quid in causa criminali.

§. 12. Ad quos testes mittatur pro testimonio.

Parcitur tamen valetudinariis senibus, debilitate vel paupertate depressis, c. Si qui 8, Ext. hoc. mulieribus, c. 1, De jud. lib. 6, & qui sine dedecore in publico comparere non possunt, l. In eadem 10 in fine D. Ex quibus caus. major item egregiis personis, l. Ad personas 16, D. De jur. jur. his etenim ad domum eorum mittitur, recipiendi testimonii causâ, jam dictis jurib. §. In extraneis testibus, qui jurisdictioni judicis subjeti non sunt, committitur examinatio testium judici ejusdem loci, destinatis eò partibus vel procuratoribus earum, l. Iudices 12, Cod. De fide infirm. Quod an in criminalibus causis obtineat, vide Auth. Apud eloquentissimum & ibi Dd. Cod. eod. De fide infirm.

NOTATIO in Tit. 10.

^a An mulier testis esse possit, res implicata est. Nam quaedam jura simpliciter asserunt, mulierem testem esse non posse propter ejus inconstanciam, cap. Forus 10, Ext. De verb. sig. §. can. Mulierem xxxiii. qu. 5, quaedam contrarium judicant in cap. Tam in literis 33, in cap. Quoniam 3, Ext. De testib. in cap. 2,

De jud. lib. 6, & in l. Ex eo 18, D. De testib. Vt autem hac inter se conciliantur, priora jura exaudienda sunt in causis criminalibus criminaliter motis per accusationem: posteriora verò in criminalibus per inquisitionem aut denuntiationem institutis, & in civilibus: ut in his possit esse testis mulier. Hoc tamen adjecto, quod & de jure Civili in criminali accusatione indistinctè in testem admittatur mulier, ex d. l. Ex eo, ita quod discrimen remaneat quoad accusationem criminalem inter jus Canonicum & Civile. Vide qua tradit Decius ad d. cap. 3, & Prosper Farinac. in tract. de testib. lib. 2, tit. 6, q. 59, catu 1, 2, & 3, ubi & an in testamentis

2 Licet quidam excipiantur, ut cogi non possint ad testimonium dicendum; id tamen accipiendum est, dummodo de probatio habeatur, aliàs etiam hic cogi possent, Pe. 1, in princ. Ext. De testib. cog. & passim c. Panorm. ibid.

alii extrajudiciali sensu accipiendos videtur textus in l. Invitus obster. testib. Inter eos quoque, ad quos testimonium dicendi causa mittitur, meritiò annumerandi sunt, qui receduntur in l. Medicos 6, C. De Prof. & Med. Cujus verba in gratiam Professorum & Doctorum hic lubet adscribere: Medicos, inquit lex, & maxime archiatros, vel ex archiatris grammaticos, & professores alios literarum, & Doctores legum, unà cum uxoribus & filiis, nec non & rebus, quas in civitatibus suis possident, ab omni functione & ab omnibus muneribus, vel civibus vel publicis, immunes esse precipimus, & neque in provinciis hospites recipere, nec ullo fungi munere; nec ad iudicium dauci, nec eximi vel exhiberi, vel injuriam pati: ut si quis eos vexaverit, potest arbitrio judicis plectatur. Mercedem etiam eis, & salaria reddi jubemus, quò salius liberalibus studiis & memoratis artibus mulieros influant.

DE FIDE INSTRUMENTORVM.

TITULUS XI.

§. 1. De notionis & vi instrumentorum.

Instrumentorum nomine etsi testes, aliaque, quibus causa instrui potest, contineantur, l. 1, D. hoc c. Pervenit 4, Ext. De testib. cog. usitatius tamen, & hoc quidem loco, intelliguntur scripturæ, quæ ad probationem rei cuiusque adhibentur, ita enim sub hoc Ext. & passim in D. & C. quibus in exercendis litibus eadem, quæ testibus, fides tribuitur, l. In exercendis 15, C. h. t. c. Cum Ioannes 10, vers. porò Ext. rod. c. Forus 10, §. causa Ext. De verb. sig.

§. 2. Instrumentorum duplex genus.

Sunt autem instrumenta duplicis generis: Alia enim publica sunt, alia privata, Novel. 73, de instrum. caus. l. Scripturas 11, C. Qui potior in pig. Publicum instrumentum est, quod per publicam manum, id est, per tabellionem ritè confectum est, c. 2, Ext. h. t. in verb. nisi per manum publ. juncto §. sed etsi cum §. seq. d. Novel. de instrum. caus. De cujus fide

fide addubitare non oportet, *d. c. 2. & d. 5. sed c. i. cum s. seq. e. Ad audientiam 13. circa fin. Ext. De praescript. Neque interest, hoc instrumentum originale sit sive ejus exemplar, hoc est, ex originali ipso desumptum, dum modò jussu judicis, c. fin. Ext. hoc tit. Auth. Si quis in aliquo C. De edendo c. 1. Ext. hoc tit. c. penult. Ext. eod. Similiter & illud, quod ex notis tabellionis præmortui, ab alio auctoritate judicis in publicam formam redactum est, plenam fidem meretur.*

§. 3. Instrumentum publicum quomodo probetur?

Si de instrumento, in publicâ manu confectum sit, dubitatio inciderit; recurrendum erit ad ipsum tabellionem, vel ad testes inscriptos instrumento, vel ad comparationem literarum, *paragr. si verò moriantur cum paragr. seq. Novell. de instrum. can.*

§. 4. Quid sit instrumentum privatum, & quantâ ejus fides?

Privatum instrumentum est, quod à privato homine, nullâ auctoritate publicâ, conscriptum est; quod quandoque appellatur chirographum, *l. Comparationes 19. C. hoc tit. l. Si chirographum 24. D. De probat. cautio, l. Cum de indebito 25. paragr. fin. D. De probat. epistola, l. Publica 26. paragr. Titius D. De p. s. nonnumquam rationes, l. Rationes 6. C. De probat. Quod certè contra non inficiantem rectè probat, *d. paragr. Titius l. Generaliter 13. C. De nonnum pecun. paragr. si tamen quisquam cum paragr. hac dicimus Novell. 73. de instrum. caus. contra negantem verò minimè: nisi testibus legitime suffultum sit, iisque supersticibus & testificantibus; aut ha-**

beat authenticum sigillum, quo ejus fides adstruatur, *c. 2. Ext. hoc tit. paragr. si quis igitur d. Novell. de instrum. caut. adde ibid. DD. Si autem testes non supersint, aut sigillum authenticum non habeatis comparatione literarum, vel de relatione juramenti, res explicanda erit, de qua vide paragr. sed & si quis cum paragr. seq. d. Novell. l. Comparationes 19. cum Auth. seq. C. hoc tit.*

§. 6. Instrumentum contrario instrumento, aut testibus refelli potest.

Receptum tamen est, ut instrumentum, licet publicum, contrariis testibus vel instrumentis refelli possit, *c. Cum Ioannes 10. Ext. hoc tit. l. Optimam 14. C. De contrah. & com. stip. & utrobique vide DD. Quot testibus opus sit ad refellendum instrumentum, vide Panorm. & Felin. ad d. c. Cum Ioannes Interim enim instrumento statuitur, donec contrarium probetur, *l. Cum precibus 18. C. De probat. Quin & instrumenta à se invicem dissidentia, ab una eademque parte producta, mutuo sibi fidem derogant, & neutrum ratum est, l. Scriptura 14. C. hoc tit. c. Imputari 13. Ext. eod.**

§. 7. De cautione sine causa emissâ.

Porrò in cautione illud animadvertendum est, ut si indeterminate, id est, nullâ adjectâ causâ (veluti, ex mutuo, ex vendito, ex deposito, vel simili) emissâ fuerit à debitore, nullam vim habeat ad persequendum debitum: sin causa adjecta fuerit, confessione interim stetur, donec probaverit debitor se indebitè, quod cautione continetur, promississe, *c. Si cautio 14. Ext. hoc tit. l. Cum de indebito paragr. fin. D. De probat.*

DE IVRE JURANDO. TITULUS XII.

§. I. Iusjurandum probationis species est, & quid sit?

Quia & per iusjurandum nonnumquam rei dubiæ fides inducitur; idcirco inter probationum species non immeritò numeratur, ut probat *latius Decius Ext. De probat. ad rubr. n. 11. circa med. Est autem iusjurandum Ciceroni affirmatio religiosa, lib. 3. Officior. & quidem eleganter, si sub affirmatione & negationem complectamur, saltem indirectè: qui enim negat, indirectè quoque affirmat, ita esse, quod negat. Vide *Nayarr. in Manuali cap. 12. num. 1. ubi iura-**

menti definitionem pluribus verbis tradit & explicat.

§. 2. Iusjurandum duplex.

Iusjurandum duplex à Doctoribus, doctrinæ causâ, constituitur: aliud enim Promissorium est, aliud Assertorium, de quibus *latius apud Hostien. in Sum. hoc tit. num. 3. & Darmien. Select. interpret. lib. 1. cap. 3. Promissorium dicitur, quod contractui vel alteri actui adijcitur, confirmandi sive non retractandi ejus causâ, ut in c. Cum con-*

Asaaa 2

tingat

tingat Ext. De iur. iur. inc. Quamvis De pact. in c. l. Ut iurisjurandi 7, D. De oper. libert. Assertorium, quo rei præsentis vel præteritæ veritas assertitur: quale præstant testes in dicendo testimonio, c. Nuper: 5, Ext. De testib. item pars, ex delatione ad verfarium vel iudicis, ad decidendam litem, l. 1, & passim D. & C. hoc tit. Quod posteriori decisorium vulgè appellatur: atque hoc ad præsens argumentum pertinet.

§. 3. Decisorii juramenti species.

Decisorii juramenti tres species sunt, Voluntarium, Judiciale & Necessarium, sicut patet ex Eubr. hujus tit. in D. Voluntarium juramentum est, quod ex conventionem per modum transactionis extra iudicium pars parti defert: dictum Voluntarium, quod spontè deferatur, & suscipiatur ab altero, d. l. 1, l. 2, & l. 3, l. Iusjurandum 17, D. hoc tit. paritque exceptionem reo, si iuraverit, §. exceptio iurisjur. sup. De except. fin. actor, actionem in factum, l. Actor 8, Cod. De reb. cred. aut actionem ex ipso contractu, ubi de contractu iuravit actor, l. Si duo 11, par. si quis iuraverit D. hoc tit. Judiciale juramentum est, quod in iudicio à parte parti defertur, sed approbante iudice, l. penult. par. sed juramento C. De reb. cred. junct. l. Delata C. eod. tit. quod recusari ab eo, cui delatum est, licitè potest & referri, c. fin. Ext. hoc tit. & d. par. sed juramento, par. si tamen quisquam & par. hac dicimus Nov. de instrum. eaur. nisi & simul iusserit iudex, delatum juramentum præstari. Nam hæc specie manifestæ incertitudinis esset & confessionis, nolle nec jurare, nec iusjurandum referre, text. est in l. Manifesta 38, D. hoc tit. Nisi fortè iusta causa subesset recusandi juramenti: veluti si petatur jurari de facto alieno, cujus probabilis ignorantia, l. Marcellus 11, par. 1, D. Rerum amotar. & d. l. penult. & d. e. fin. in princ. & ibi Panorm. num. 12. a Juramentum necessarium est, quod in causa dubia à iudice defertur reo vel actori, ob inopiam pleæ probationis, l. Admonendi 31, D. eod. l. In bona fidei 3, C. De reb. cred. idè Necessarium dictum, quod necessariè à iudice deferendum sit, d. l. In bona fidei, & ab eo, cui delatum est, subeundum, nisi & hinc sub sit iusta recusationis causa, c. fin. in princ. Ext. hoc tit. & l. penult. par. sed juramento C. De reb. cred. Sanè, inquit Gregorius IX. si actor omninò in probatione defecerit, reus debet (etsi nihil præstiterit) obtinere. Præsumptions verò faciente pro illo, reo deferri potest ad ostendendam suam innocentiam juramentum: nisi iudex (inspectis

personarum & causæ circumstantiis) illud actori videat deferendum, text. est in d. c. fin. par. sanè.

§. 4. Necessarium juramentum in quo distet ab aliis.

Illud singulare est in hoc juramento necessario, quod sententia ex eo lata propter instrumenta de novo reperta, retractari possit, & causa ex integro agi, d. l. Admonendi: secus in aliis juramentis, quia hæc transactionis & solutionis speciem continent, d. l. Admonendi junct. l. 1, l. 2, & l. Iusjurandum 17, D. hoc tit. præterquam si legatum aut fideicommissum sibi deberi à legatorio iuratum sit, quod tamen postea falsum producto testamento demonstratur: idque ob favorem ultimæ voluntatis, l. fin. C. d. tit. cui aliter præiudicari non potest, quàm inspectis cognitisque verbis testamenti, l. De his 6, D. De transact.

§. 5. Iusjurandum pejeraturo non deferendum.

Deferentem vel referentem iuramentum commississe oportet, quod graviter monet D. Augustinus: Ille, inquit, qui hominem provocat ad iurationem, & scit eum falsum esse iuratum, vincit homicidam: quia homicida corpus occisurum est, ille animam: imò duas animas, & eius, quem iurare provocavit, & suam. Scis verum esse, quod dicis, & falsum esse, quod ille dicit: iurare compellis, ecce iurat, ecce peierat, ecce perit. Tu quid invenisti? imò & tu peristi, qui de illius morte te satiare voluisti, ext. est in can. Ille qui hominem xxii. q. 5.

NOTATIO IN TIC. 12.

a An actor, qui nihil probavit, possit deferre reo hoc juramentum iudiciale, sit ut reus cogatur iurare vel referre, latè in utranque partem disputat Iason in repetit. l. Admonendi num. 71, cum duob. seqq. D. De iureiur. Ad id quod lectorum dubium relinquat. Verior tamen est sententia Panormiz. ad c. fin. num. Ext. De iureiur. quod scilicet reus eo onerari non possit: est enim juris regula, Actore non probante omninò absolvimur debere, d. c. fin. & l. Qui accusare, C. De edendo.

Excipe casum quando quis propriam scripturam negat, in §. si tamen quisquam Nov. 37, de instrum. cautela.



DE PRÆSUMPTIONIBUS, INSPECTIONE OCULORVM,
ET DE FAMA.

TITULUS XIII.

§. 1. Præsumptiones quid, & unde oriantur.

Sed ex præsumptionibus interdum probationes deducuntur: quæ nihil aliud sunt, quàm conjecturæ ad adstruendam rei dubiæ fidem. Quas quandoque jus, quandoque Judex ex personarum & rerum circumstantiis elicit. Ut hinc natum sit duplex genus præsumptionum apud Doctores; quod quædam juris sint, quædam hominis, sive rectius, Judicis.

§. 2. Præsumptionum duplex genus.

Quæ juris sunt, rursus duplex genus constituunt: aut enim sunt præsumptiones juris, & de jure (ut loquuntur Doctores nostri) aut præsumptiones juris tantum: illæ probationem contrariam non admittunt; veluti est præsumptio matrimonii, quæ oritur ex concubitu sponsi cum sponsa, cap. 1. qui fidem 30. Ext. De sponsalib. adde quæ notavimus ad versic. qui aliter sup. de clam. contrah. matrim. in fine; aliæ que nonnullæ, quæ exstant in l. fin. §. fin. C. Ad SC. Macedon. in l. Antiqua 23. in princ. C. Ad SC. Vellejan. & in l. fin. circa princ. C. Arbiter tur. 2

§. 3. Præsumptio juris tantum contrariis probationibus refellitur.

Quæ verò sunt præsumptiones juris tantum, fidem quidem faciunt, sed contrariâ probatione refelli possunt; sicut est præsumptio solutionis, quæ ex cancellato chirographo oritur, l. S. chirographum 24. D. De probat. item, quæ præsumimus patrem ante filium puberem discessisse, ubi uterque uno casu extinctus est, l. Qui duos 10. §. cum in bello & §. fin. D. De reb. dub. item, quæ credimus filium domi ex uxore natum, ex marito ejus conceptum fuisse, l. Filium 6. D. De his qui sunt sui vel al. jur. & Prælatum Ecclesiæ illa, quæ habet prospectu Ecclesiæ adquisivisse, de quo latius in cap. Requisisti 1. §. juncto c. Quia nos Ext. De testib. Hæ enim, & id genus aliæ præsumptiones juris, contrariis probationibus eliduntur & subvertuntur, ut dicitur & similib. jurib. sub tit. Ext. De præsumpt. & tit. D. De probat. & præsumpt.

§. 4. De præsumptionibus hominis.

Quoad præsumptiones hominis, illæ nullo jure consignatæ sunt, sed Judicis cogitationi & arbitrio relinquuntur, propter personarum & rerum varietates, quæ quotidie occurrunt, l. Non omnes §. §. à barbaris D. De re milit. adde l. 3. §. eiusdem D. De testib. adde quod ex his Judex quandoque ad definitivam sententiam progreditur, l. fin. in verb. vel iudicis C. De probat. sicut docet illustre exemplum Salomonis de duabus mulieribus de eodem partu contendentibus, c. 2. Ext. De præsumpt. extas historia 3. Reg. 3.

§. 5. De oculari inspectione.

Sed & oculari inspectione nonnunquam controversia dirimitur, veluti matronarum in exploranda muliere, virgo sit, c. Casam 14. cap. Proposuisse 4. Ext. De probat. vel uterum gesserit, nec ne, l. 1. D. De ventre in spic. & in agrorum finibus discernendis agrimenfor oculis suis & ad mensuram, litem adjudicatione Judicis remouet, cap. Quia iudicante 9. Ext. De præscript. l. 3. C. Finium regund. l. Si irruptione §. fin. D. eod. tit.

§. 6. De fama, an probet?

Solet etiam fama momentum adferre rei probandæ, sed conjuncta cum aliis adminiculis, c. Præterea 27. Ext. De testib. c. Quia 10. cum seq. Ext. De præsumpt. Alioqui per se fama non sufficit ad condemnandum: cum unius dictum, teste innocentio III. facile multitudo sequatur, c. Cum in inventute 11. Ext. De purg. canon. Infamato tamen, ubi aliis argumentis convinci non potest, purgatio criminis indicenda est, de quo inf. de purg. canon.

§. 7. Iudicis officium in cognoscendo & iudicando.

Atque hæc de probationum generibus; in quibus recipiendis, disquirendis & indagandis meminisse debet Judex illud Eleutherii Papæ: Judicantem, inquit, oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plenâ inquisitione discutere, in tetra-

Aaaaa 1

gan-

gandi, respondendi, obijciendique præbitâ patientiâ ab eo, ut ibi actio ambarum partium illuminata sit pleniter; nec litigantibus Judex prius velit suâ sententiâ obviare, nisi quando ipsi jam peractis omnibus nihil habeant in questione quod proponant, & tamdiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniatur: frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermisum forte remaneat, quod annexi conveniat,

text. est in can. fin. xxx. quasi 5. coniunge & l. Iudici 9. & Auth. lubemus C. de iudic.

NOTATIO in Tit. 13.

a Hanc præsumptionem iuris, & de iure ideo vocant DD. quod in ea ius se fundet, tamquam in re planè explorata: & idcirco contra eam nulla contraria admittitur probatio, ut in exemplis ibidem allegatis.

DE SENTENTIA ET RE JUDICATA.

TITULUS XIV.

§. 1. Quid sententia, quid res iudicata.

Sententiam vocamus pronuntiationem Judicis; rem iudicatam, ipsam causam, quæ finem controversiæ pronuntiatione Judicis accipit: quod vel absolute vel condemnatione fit, l. 1. v. de re iud. 2. Idque si loquamur de sententia definitiva, quæ propriè sententiæ appellatione venit, l. Quod iussit 14. d. d. tit. c. v. de iudic. 59. Ext. de appellat. Nihilominus receptum est, ut & quævis interlocutio Judicis sententia nominetur; veluti si Judex interlocuendo concedat vel denegat parti petenti dilationem, aut testium productionem, l. A procedente 4. C. de dilatiomb. c. Significaverunt 36. Ext. de testib. sive aliter inter principium & finem causæ de re incidente pronuntiet, d. c. v. de iudic. cum c. seq. l. 2. d. de appell. recip. Unde & hæc sententia interlocutoria appellatur.

§. 2. Discrimen inter sententiam interlocutoriam & definitivam.

Inter utramque sententiam hoc discrimen est, quod interlocutoria quoadcumque ante sententiam revocari possit ab eodem Judice, licet ab ea appellatum non sit, d. l. Quod iussit & c. Cum cessante 60. Ext. de appellat. Secus est in sententia definitiva, quæ retractari aut corrigi non potest ab eodem Judice, l. Paulus 43. l. Iudex 55. d. de re iud. l. Divi fratres 27. v. de pænis & l. 1. §. fin. d. de quæstion. Judex, inquit Vlpianus, posteaquam semel dixit sententiam, Judex esse desinit. Et hoc iure urimur, ut Judex, qui semel vel plures vel minoris condemnavit, amplius corrigere sententiam suam non possit: semel enim, male seu bene, fundus est officio, text. est in d. l. Iudex, iunctâ tamen l. Paulus, & quæ ibi iradunt Dd. Item interlocutoriam

sententiam, nisi ea ad S. Pontificem interposita sit, scribi & scripto recitari necesse non est; neque enim expressè iure id cautum reperitur, Gl. & Phil. Francus in c. fin. hoc tit. lib. 6. quamvis melius sit eam scripto comprehendi & ferri, c. Quoniam Ext. de probat. At contra est in definitiva sententia, toto tit. C. de sent. ex brev. recit. coniunge §. iudicium verò extraord. sup. de iudic.

§. 3. Sententia contra ius expressum lata non valet.

Debet autem Judicis sententia iuri esse conformis, ita ut expresso iuri non repugnet; alioquin non subsistit sententia, etiam si ab ea provocatum non sit, c. 1. Ext. hoc tit. l. Si expressim 19. d. de appell. l. 1. §. C. Quando provoc. non est necesse, l. 1. §. item cum contra d. Quæ sentent sine appell. Jus autem interpretatur, Canones, Leges, Consuetudines, ut Insist. in princ. de offic. iud. Auth. lubemus C. de iud. & d. c. 1. iuncto §. 1. sup. de iure canon.

§. 4. Sententia contra ius litigatoris lata valet, nisi, &c.

Quod si sententia contra ius litigatoris lata fuerit, valet quidem ipso iure sententia, sed per appellationem suspendi, d. l. 2. C. Quando provoc. non est necesse, vel per restitutionem in integrum, sine alio extraordinario remedio rescindi poterit, de quib. ins. tit. de in integ. rest. & tit. seq. nisi corruptus pecuniâ Judex sententiam tulerit. Nam hæc specie sententia nullius momenti est, ita ut ab ea provocare non sit necesse, l. Venales 7. C. Quando provoc. non est necesse. Quamvis & aliis pænis corruptus Judex coërceatur à iure, de quibus in l. fin. C. de pæna iud. qui male iud. & in §. si quis ex litig. Novell. 124. v. litigantes iurent,

§. 5. De

§. 5. De pœna iudicis per gratiam aut imperitiam malè judicantis.

Sin iudex gratiâ ductus alteri rem malè adju-
dicaverit, præter infamiam notam, tenetur parti
læsæ in restitutionem litis, *d. l. fin. vide ibid. Gl. Sa-
lic. & Castren. ad d. l. Venales.* At imperitiâ lapsus,
in factum actione convenitur, & in quantum re-
ligioni iudicantis visum fuerit, pœnam sustinet,
*l. Si iudex 6. D. De var. & extraord. cognit. l. Si filius-
fam 15. D. De iudic. & tit. Inst. in pr. De oblig. qua ex g.
del. nasc.*

§. 6. Pœna juris Canonici in malè judicantem.

Sed ex constitutione Innocentii IV. in Conci-
lio Lugdunensi alia præterea pœna in iudicem
Ecclesiasticum statuta est, quam hic libet suis
verbis adscribere: Cùm æterni, inquit, tribunal
iudicis illum reum non habeat, quem injustè Ju-
dex condemnat, & paucis interjectis: Si quis autem
iudex Ecclesiasticus ordinarius, aut etiam dele-
gatus, famæ suæ prodigus, & proprii persecutor
honoris, contra conscientiam, & contra iustiti-
am in gravamen partis alterius in iudicio quic-
quam fecerit per gratiam vel per sordes, ab execu-
tione officii per annum noverit se suspensum,
ad restitutionem litis parti, quam læserit, nihil-
ominus condemnandus. Sciturus, quòd si suspen-
sione durante damnabiliter ingerit se divinis, ir-
regularitatis laqueo se involvet, secundum
Canonicas sanctiones; à qua non nisi per Sum-
mum Pontificem poterit liberari: salvis aliis con-
stitutionibus, quæ iudicibus malè judicantibus
pœnas ingerunt & infligunt. Dignum est enim,
ut qui in tot præsumit offendere, pœna multipli-
ci castigetur, *text. est in c. 1. hoc tit. lib. 6.*

§. 7. De sententia ex falsis testimoniis vel instru-
mentis lata, & de instrumento postea reperto.

Quòd si iudex secutus falsa testimonia, vel in-
strumenta sententiam tulerit, et si summo jure
valeat sententia, tamen per in integrum restituti-
onem rescindi, & ex integro causa agi poterit, *l.
Dirus 33. D. eod. tototit. C. Si ex falsis instrum. Si prator
75. D. De iud. l. Qui agnitis 11. D. De except. vide latius
tit. infr. de in integ. rest.* Prætextu verò instrumenti
postea reperti sententia non retractatur, *c. Inter
20. cum e. seq. Ext. h. tit. l. 4. C. De rejud. l. Imperatores
35 & ibi latius Dd. D. eod.*

§. 8. De solemnitatibus ferenda sententia.

Sed & illud animadvertat iudex, ne absentibus
partibus, vel etiam altera tantum, sententi-
am ferat, *d. l. Vnoquoque 47. D. De rejud.* (nisi fortè
pars altera abesset per contumaciam, de quo su-
prà egimus, *tit. de dolo & contum.*) neque aliter
quàm sedens sententiam ipse ex scripto recitet;
alioqui iudicatum non subsistet, *tit. Cod. Defen-
sent ex brev. recit.* Exceptis Episcopis & illustribus
personis, quibus & per alium sententiam recita-
re licet, *l. 2. & passim C. d. tit. & c. fin. h. tit. in 6.* Adde
& in casibus beneficalibus, matrimonialibus,
decimalibus, usurariis, etiam à stante iudice sen-
tentiam recitari posse, §. iudicium verò extraord. sup.
de iudic. Neque causæ breves ullam scripturam
requirunt, *Auth. Nisi C. Defent ex brev.* Non in-
firmabitur tamen sententia, si causa, quæ indu-
ctus iudex sententiam tulit inserta non fuerit,
text. in c. Sicut 16. hoc tit. vide ibid. Panorm.

§. 9. De diversis sententiis à pluribus simul latis.

Cæterum si à duobus iudicibus diversæ de e-
dem re sententiæ proferantur, ea præfertur, quæ
pro reo facit, *cap. fin. Ext. hostit.* Cùm enim suorum
partium iura obscura, reo potius favendum est,
quàm auctori, iuxta iuris regulam in *cap. Cùm sunt De
R. l. lib. 6. in l. Favorabilior D. eod. tit.* Excepta cau-
sâ favorabili; puta si pro matrimonio, pro dote,
pro libertate, vel testamento altera sententia la-
ta fuerit, quæ auctori magis proficiet, pro qua lata
fuit, non obstante alterâ contrariâ pro reo, *d. cap.
fin. l. Inter partes 8. D. De re iud. l. Sipars. o. D. De inoff.
testam.* Atque hæc in iudicibus ordinariis. At in
delegatis utriusque sententia ex arbitrio dele-
gantis pendet, qui alteram, prout sibi videbitur,
eligeret, & confirmabit, *d. cap. fin. & l. Duo iudices 28.
D. De re iud. l.* Arbitrorum verò dissentientium
sententiæ nullius momenti sunt, *d. cap. fin. l. dum §.
si plures D. De recept. arbit.* Quod si impari numero
iudices vel arbitri sumpti fuerint, major pars mi-
nori prævalet, *l. Pomponius 36. & Dno 39. D. De re
iud. & d. §. si plures.*

NOTATIO IN TIT. 14.

a Etiam si à sententia appellari possit, aut etiam appel-
latum sit: non enim minus res dicitur iudicata, *l. Liti-
gatorib. 14. C. De appellat. & l. Eleganter 13. §. si
post rem iudic. D. De condi. indeb.* Sed & hoc
iure nostro receptus est loquendi modus, ut senten-
tia

si adicatur in rem iudicatam transiisse, à qua statuto tempore appellatum non est, vel appellatum quidem, sed postea deserta fuit appellatio, nupote appellatorem non

persequente, cap. penult. De appellat. in Clement. cap. Quod ad 15. Ext. De sent. & re iudic.

DE APPELLATIONIBUS, ET NE PENDENTE APPELLATIONE ALIQUID INNOVETUR.

TITULUS XV.

§. I. Appellationis usus.

Tamet si aliàs res iudicata pro veritate habeatur, propter auctoritatem iudicantis, l. 2. D. De reg. iur. cap. Sicut 16. Ext. De sent. & re iud. nihilominus utroque iure receptum est, ut à sententia appellari, id est, ad superiorem Iudicem, corrigendæ ejus causâ, provocari possit, Imò & eò decursum est, ut etiam à quovis gravamine tam extrajudiciali quàm judiciali appellare liceat, cap. Cum sis 5. Ext. hoc tit. cap. 3. eod. in Clement. cap. Concertationi 8. eod. in 6. l. 4. C. hoc tit.

§. 2. Duplexgenus Appellationum.

Ut hinc rectè dividantur Appellationes in Extrajudiciales & Judiciales, c. 1. hoc tit. in Clem. Extrajudicialis appellatio illa dicitur, quæ extrajudicium interponitur à gravamine illato vel inferendo; veluti, si beneficium alteri collatum sit in præjudicium meum, & idcirco appellem, d. cap. Concertationi eod. in 6. quod exemplum illati gravaminis est; futuri verò, ne hæc electio, postulat, vel collatio beneficii, cap. Consideramus 10, cap. Cum nobis 19, cap. Auditis 29. Ext. De elect. aut ne in possessione mea turber, cap. Bona 51, Ext. De appellat. a judicialis appellatio de his instituitur, quæ in iudicium veniunt, vel circa iudicium accidunt, idque vel ante vel post definitivam sententiam, cap. Cum sis 5, c. Super eo 12, Ext. eod. Ante sententiam definitivam; puta, si quis citetur ad locum non tutum, cap. Ex parte 47. Ext. hoc tit. cap. 4, Ext. Vt late non contest. vel ad diem constituto breviori termino. c. 1. Ext. de dilationib. aut si in dext. interloquendo reiciat exceptionem, cap. Significante 34, cum c. seq. Ext. De rescript. aut aliud quid pacti deneger. Siquidem ab omni onere appellari potest hoc iure Canonico, d. c. Super eo Quippe appellatio defensionis species est, & in præsidium innocentie comparata, cap. Cum speciali 61. §. porro Ext. hoc tit. Aliter de iure civili, quo ante definitivam sententiam appellatio inhibetur, l. Ante 7. C.

Quor. appel. non recip. l. fin. C. De sent. & interloc. nisi certis casibus, qui alibi extant, in l. Intra 40. D. De minorib. in l. 2. D. De appellat. recip. in l. Arbitro 9. D. Qui satisd. cog. Vide latius apud Hostiens. in Sum. huius tit. numer. 5. & unâ hac regula comprehendi possunt: Quod ubicumque interlocutoria sententia vim definitivæ habet, & gravamen eius per appellationem à definitiva relaxari nequit, toties appellari possit etiam de iure civili. Quam regulam & ad forum Ecclesiasticum traduxit Concilium Tridentinum, Sess. 22. cap. 20. de reform. addo & Sess. 3. cap. 1. De reformat. ut in eo à veteribus Canonibus multum hodie discessum videatur.

§. 3. De judiciali appellatione post sententiam.

Porro judicialis appellatio post sententiam definitivam ex duplici capite instituitur: vel ab ipsa sententia definitiva, vel ab eius executione. De priori, constituti iuris est, & in maioribus & in levioribus causis tam criminalibus quàm civilibus à definitiva sententia appellari posse, l. Et in maiorib. 20. l. Litigatoribus 14. C. hoc tit. c. De appellationib. 11. c. Cum sis 5. Ext. hoc tit. Ab executione tum demum appellatur, ubi modus executionis exceditur: alias nulla datur appellatio ab executione, l. Ab executione 5. C. Quor. appel. non recip. t. Quod ad consultationem 15. Ext. De sent. & re iudic.

§. 4. Casus, quibus appellare non licet à definitiva sententia.

Priore tamen capite non continentur damnati ob manifestum crimen, d. c. Cum 5 §. fin. & c. Pervenit 13. Ext. hoc tit. item confessi & convicti simul de crimine, l. 2. C. Quor. appel. non recip. addo sing. text. in l. Non tantum d. hoc tit. & in l. 1. §. divus & §. si quis ultro v. de quæst. & qui ob veram contumaciam absentes, contrariam sententiam tulerunt, l. 1. C. Quor. appel. non recip. l. Properandum 11. §. cum autem C. De iud. Adde casum in l. 3. 4. 5. 6. 8. C. d. tit. Quor. appel.

§. 5. *Alii casus.*

Adde, neque appellationi locum esse à sententia Summi Principis, cum hic superiorem non habeat, qui provocetur, l. 1, D. *A. quib. appell.* neque à sententia Præfecti Prætorio aut Senatus Romanis quibus hoc singulariter tributum est, l. unica, C. *De sent. Præfecti Prætorio* & d. l. 1, §. 1, neque si à partibus renunciarum sit aut conventum, ne appellaretur, d. l. 1, §. 2, & l. fin. in fine C. *De temporib. & repar. appellat.* vel à Summo Principe causa, appellatione remota, delegata sit, d. l. 1, §. fin. cap. Super 15, Ext. *De officio & pot. jud. deleg. cap. 1, Ext. De rescript.* vel si jam ante bis appellatum sit in eadem causa, l. unica C. *No liceat in una, c. Directa 39 c. Sua 65, Ext. hoc tit. iungo §. Meminisse inf. eod.* b A sententia arbitrorum et si nulla appellatio detur, l. 1, Cod. *de arbit.* tamen si arbitri juris sint, hoc est, ex necessitate juris sumpti, quales sunt, qui de suspecto Judice cognoscunt, aut de revocatione litterarum Apostolicarum; ab horum sententia rectè provocatur, c. *Ab arbitris 21, De off. & potest. jud. deleg. in 6. l. fin. C. De judic.*

§. 6. *De modo appellationis.*

Sed de modo appellationis videamus; qui hic est, ut intra decendium, id est, decem dierum spatium, à lata sententia definitiva vel interlocutoria, sive alio gravamine, appelletur, per text. in cap. 1, Nov. 23, *de appellat. cap. Quod ad consultationem 15, Ext. De sent. & re jud. c. Cum dilectus 2, §. fin. Ext. De elec. c. Significaverunt 36, Ext. De rescript. c. Conventationis 8.* & ibi Glos. hoc tit. in 6, *videlicet Hen. Borch ad c. Cum sit Ext. hoc tit. & And. Gail. lib. 1, Obs. 139.* ita tamen, ut si ab interlocutoria vel ab alio gravamine extrajudiciali appelletur, causa appellationis addatur, c. 1, hoc tit. in 6, c. *Ve debitus 59, Ext. eod.* Sin à definitiva sententia, sufficiat vel nudè provocasse, sola emissà voce, *Appello;* dummodò id post latam sententiam, sedente adhuc Judice pro tribunali, fiat, l. 2 l. 5, §. fin. D. *De appellat. & l. Litigatorib. 14, C. eod.* alias ex intervallo scripto opus est ad appellandum, l. *Eos 6, penult. junctâ Auth. Hodie 6, hoc tit. & l. 3, circa fin. D. eod.*

§. 7. *De causa inserta appellationi.*

Si tamen à definitiva provocans causam certam appellationi inserat, non idèò magis ad eam causam prosequendam constringetur, sed liberum erit ei, etiam aliam provocationis causam reddere & prosequi, d. l. 3, circa fin. **Quod contra obtrinet**

in appellatione ab interlocutoria vel ab alio gravamine, in qua non licet aliam causam prosequi, quàm quæ in appellando nominatim expressa est, c. 5, eod. in Clem. cap. *Interposita 70, in princ. Ext. eod.*

§. 8. *Causa appellationis ab interlocutoria justa esse debet, non frivola; & si deferatur huic quid juris.*

Sanè appellationis causa ab interlocutoria justa reddi debet, non frivola, c. *Ve debitus 59, Ext. hoc tit.* alioqui illi minimè deferendum est à Judice, c. *Cum appellationib. 5, eod. in 6,* Si tamen delatum fuerit appellationi, hoc est, recepta vel admittà fuerit appellatio, quàm ipsius Judicis delatio à superiori Judice, ad quem provocatum est, refutari possit, quia tamen inferior Judex, quantum in se fuit, jurisdictionem à se abdicavit, appellationi deferens minus justæ, totius causæ decisio in superioris potestatem transfusa intelligitur, neque ab eo ad inferiorem Judicem ex necessitate remittenda est, d. c. *Cum appellationib. vers. si verd.* Aliter, si ab eo delatum non fuerit appellationi frivola: nam nihilominus appellatore eam prosequente (datis illi apostolis refutatoriis) superior de appellatione cognoscens, causam ad priorem Judicem remittet, appellatore in expensas condemnato, d. cap. *Cum appellationib. in princ.* Quod idem observatur, etsi ex justa causa appellatum fuisset, sed ea minimè probata apud Judicem appellationis. Si enim probata esset, tunc principalis causa ejusdem Judicis superioris notioni relinqueretur, d. c. *Ve debitus add. Andr. Gail. lib. 1, obs. 131.*

§. 9. *De Apostolis, id est, literis dimissoriis ad superiorem Judicem.*

Ubi intra præscriptum à jure decendium appellatum est, literæ dimissoriæ, quibus scilicet causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur (quæ vulgè gò Apostoli dicuntur) petendæ sunt instanter & sæpius, saltem uno contextu, ab eo, à quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est: idque intra triginta dies, à die sententiæ. Alioqui non petitis Apostolis intra hoc tempus, censetur appellator appellationi suæ renunciaisse, c. *Ab ea 6, C. hoc tit. in 6, c. 2, eod. in Clem. juncto c. 6, eod. in 6, & l. Inducibus 24, C. eod. l. unica D. De libell. dimiss. & l. Dimissoria 106, D. De verb. sig.* Idem est, si intra præfixum à Judice terminum Apostoli petiti non sint, d. c. 2, vers. *verum si Judex.* Quamvis & de jure civili post interpositam provocationem,

Bbbbb

etiam

etiam non petente appellatore, sine aliqua dilacione Apostoli dandi sunt à iudice, *tex. in l. Eos 6, §. fin. Cod. eod. iunge §. illar. v. d. Nov. 234, Vt nulli iud. Nov. 126. Exemplum sacra for. de appell. c. d, c, 2, §. fin. c. 4, 6, eod. in 6, g*

§. 10, De tempore persequenda appellationis.

Introducã appellatione coram superiore iudice, tempus persequendæ & finiendæ appellationis annus est, aut ex necessaria & evidenti causa biennium: nisi fortè Iudex, à quo appellatum est, secundum locorum distantiam, & personarum ac negotii qualitatem, recessus tempus statuerit, *c. Cum sit Romana 5, Ext. hoc tit. c. Sicut 3, eod. in Cle. ment. §. 1, Novel. 50, de his qui ingr. d. ad appell. l. fin. §. illud C. De tempor. c. reparat. appell. aut etiam ipse appellans brevius tempus sibi ipsi injecerit prosequendæ appellationis, c. Personas 4, c. Oblata 57, §. eicet Ext. hoc tit. Currit autem hoc tempus appellationi præstitutum à die interpositionis ejus, aut à die illati gravaminis, ubi à futuro gravamine appellatum est, *d. c. Sicut,**

§. 11, Quibus casibus cesset fatale tempus persequenda appellationis.

Ex hoc tamen tempore persequendæ appellationis subducitur compromissi tempus, si quod inter partes interea intercessit, *c. Quamdiu eod. in Cle. m. §. 1, Novel. 23, de appellat. Nec nocere debet appellanti, si fortè morà iudicis biennium extraxerit, si hoc quoque Novel. 119, Vt sponsalia larg. aut ipse iusta causa impeditur appellationem persequi non potuerit, c. Exratione 8, h. t. quamvis sint, qui beneficio restitutionis in integrum ipsi succurrendum censeant, vide Novel. 50, de his qui ingrediuntur c. ibi Dd. Pan. oim. c. alios ad d. c. Exratione. Neque dubium est, expresso consensu partium idem tempus prorogari posse: nisi ob periculum moræ iudex aliud statuerit, *d. c. Quamdiu d. Nov. de appell. §. 1, vide latius And. Gail, lib. 1, Ob. serv. 141.**

§. 12, Quis & quoties appelletur.

Meminisse autem oportet, ad proximè superiorem semper appellandum esse, *c. Dilecti 66, Ext. hoc tit. l. Imperatores 21, D. eod. idque bis de eadem re permittitur; non amplius, l. unica C. Ne liceat in una eademque caus. adde qua notavimus sup. eod. ad §. adde Ut v. g. à sententia Archidiaconi appellandum est ad Episcopum; ab Episcopi sententia ad Archiepiscopum, *c. 3, §. ab Archidiaconi hoc tit. in 6. Nisi**

fortè consuetudo loci ferret, ut, relicto Episcopo vel alio iudice intermedio, alius superior provocaretur, *d. §. ab Archidia. quia consuetudo jurisdictionem dat, cap. Cum contingat Ext. De foro com. pet. l. fin. C. De emancip. lib. vel ipse summus Pontifex, ad quem à quovis iudice Ecclie hæstico redè appellatur; cum is, propter sedis Apostolicæ prærogativam, cum quovis Ordinario iudice concurrat, *c. Si duobus 7, Ext. hoc tit. can. Si quis putaverit cum cau. f. qq. can. l. d. 11, q. 6. iun. 70 can. Omnia per IX. q. 3, adde Conc. Trid. sess. 24, c. 20, De reform. A delegato ve. d. ad delegatam tamquam immediatè superiorem suam appellatur, l. 1, D. Quis c. à quo appell. c. Super questionum 27, §. porro Ext. De off. c. potest. iudicis deleg. præterquam si delegatus totius causæ jurisdictionem subdelegato mandasset; hac enim specie, cum ipse nihil jurisdictionis sibi reservavit, non ad eum, sed ad delegantis superiorem provocatio fit, *d. §. porro c. d, l. 1, §. fin.***

§. 13, Ab Officiali Episcopi ad quem appellatur.

Quæritur est, Ab Officiali Episcopi quis provocetur? Et rescriptum est ab Innocentio III. in c. 3, in princ. hoc tit. in 6, Archiepiscopus, non Episcopus, cum Episcopi & Officialis ejus sit idem auditorium. At absurdum esset, eundem ab eodem provocari: unde & consuetudo hac in re contraria merito rejicitur, *c. 2, De consuet. in 6.*

§. 14, De effectu appellationis à definitiva sententia.

Effectus appellationis vel hic præcipuus est: quod per eam definitiva sententia suspendatur, *c. Sepè 44, circa fin. Ext. h. t. l. Furti 6, in princ. D. De his qui nos. in sam. & quodammodo extinguatur, l. 1, §. fin. D. Ad s. C. Turpill. e. Neque enim interim sententia, tamquam lata non esset, executioni mandari potest. Quare & utrique parti copia fit in appellationis iudicio ea probare, quæ antea probata non fuerunt, & producere, quæ antea producta non fuerunt, *c. Cum Ioannes 10, Ext. De fide instr. c. Fraternalitas 17, Ext. De testib. l. Eos 6, §. si quid autem C. De apol. l. Per hanc 4, C. De tempor. c. reparat. appell. c. fin. d. tit. in 6. iuncto c. Cum à re. pulsione 7, eod. in Clam. adeoque ea, quæ in prioris iudicio rejecta fuerunt, repetere & probare, *d. c. fin. vers. ubi vero, l. Ita demum 13, C. De procurat. ibid. vide Bald. si tamen principali causæ præjudicent, aut iudicium retrò nullum reddant; alias sententia. Nec enim dilaciones denegatæ, condemnationes expensarum aliaque hujusmodi prioris iudicii, hic repeti possunt.***

§. 15. Pendente appellatione nihil innovandum.

Cum itaque per appellationem sententia definitiva suspendatur, & iudicium prius cum posteriori appellationis quodammodo continetur, fit, ut sicut lite in priori iudicio pendente nihil innovari potuit, ita et in 6. *Ext. Et in 6. Ut loco pend. nihil innov. ita neque pendente appellationis iudicio: usque adeo, ut innovata non solum pendente appellatione, sed & decennio tempore, quod inter sententiam & appellationem intercessit, ante omnia revocari debeant per iudicem appellationis, c. Non solum 7. De appel. in 9. l. unica D. Nihil innovari appell. interpos. l. Constitutiones 10 D. hoc tit. Excipi casum in c. fin. *Ext. De sequens. poss. Pendente vero appellatione ab interlocutoria, si qua innovata fuerint per iudicem, a quo appellatum est, revocari non possunt, priusquam appellationis causam veram esse c. afflicti, iuxta text. in d. c. Non solum, c. Romana 3. §. quod si, hoc tit. in c. Nisi delictum fuisset appellationi a iudice, a quo appellatum est; nam iudex deferendo appellationi a se interposita, censetur a se abdicare jurisdictionem, quam in causa habet, c. Cum appellationib. §. eod. in 6. adde §. sand. sup. eod. Aut ipsi iudici, ut in causa procederet, inhibito facta esset a iudice appellationis, postquam iam coepit cognoscere de appellatione tamquam ex causa probabiliter missa, d. c. Non solum d. c. Romana §. cum autem cum 2. §. §. seqq. Aut articulus, de quo appellatum est, ita conexus esset causa principali, ut hanc sine illo decidi non posset, c. Super eo 50. *Ext. h. 1.* His enim casibus principalis causae cognitio differenda erit a iudice, donec appellationis iudicium apud superiorem finitum sit, d. d. i. i. i. i. i.**

§. 16. De appellante uno ex pluribus condemnatis.

POSTREMO, pluribus una sententia condemnatis, si unus ex iis appellaverit, ejusque provocatio iusta pronuntiata fuerit, id & reliquis non appellantis proderit, c. Una 72. *Ext. h. 1. l. 1. c. 2. C. Si unus ex plurib. appell. licet diversum obineat in restitutionis beneficio, in quo unus restitutio alteri non prodest, d. h. 2. c. l. 1. C. Si in communi eadem est causa.*

NOTATIO in Tit. 151

a Vide aliquot differentias inter iudicialem & extra iudicialem appellationem, item inter distum Vnde vi, apud Panorm. ad c. Bonae 31. *Ext. De appellat.*

b Intellige & de eodem articulo; siue sit appellatum

a definitiva sententia siue ab interlocutoria; scilicet, si de articulis diversis Vnde si millies quis gravaretur in causa super diversis articulis, millies quoque posset appellare & duas appellationes successive instituire de quolibet articulo Panorm. ad c. Viretia 39. circa *Ext. De appell. ubi & ex sententia loan. And. hoc exaudiendum putat. quoad eandem personam, qua appellavit; quia ex quo quis bis appellavit & semper succubuit, praesumitur contra eum. Alteri vero parti, licet alias duas appellationes instituire: ita fiet, ut de eodem articulo possit quater appellari, computatis simul appellationibus utriusque partis. Et hanc sententiam Panormitani videtur comprobare Decius ibid. nu. 6.*

g Ex his patet, de iure Canonico requiri, ut Apostoli instanter & sepius, saltem uno contextu, petantur: alioqui appellatio pro deserta habetur, cap. Ab eo 6. De appellat. lib. 6. Idem & de iure Civili constitutum est in l. unica D. De libell. dimiss. iuncta l. Quoniam nonnulli is, nisi quod eodem iure et intervalla, non uno contextu, sepius peti debeant Apostoli, sicut colligitur ex c. 2. eod. tit. in Clement. Et licet text. in l. 6. §. fin. C. eod. dicat sponte offerendos esse Apostolos, etiam non petente appellatore; tamen si Apostoli non petantur intra tempus legitimum, quod ea specie nihilominus deserta censetur appellatio, ex sententia Bartoli ad d. §. fin. Et hac ratione praedicta loca inter se conciliari possunt. Observa hic tria genera esse apostolorum. Alii enim dicuntur Apostoli Dimissorii, in quibus iudex narrat se detulisse appellationi: alii Refutatorii, in quibus id negat: alii vero Reverentiales, cum appellationi propter reverentiam superioris desert, cap. 1. De appellat. lib. 6. de quibus latius Hostiens. in Summa hujus tit. cap. de diversis generibus apostol. & Panorm. ad c. Bonae 31. v. 9. *Ext. hoc tit. In Camera Imperiali non sunt necessarij apostoli. teste And. Gail lib. 1. Obser. 129. in fine.*

d Quatuor constituuntur appellationum facta, siue temporaria, hoc est, quibus appellatio in factum siue interitum incidit. Quaedam enim ad interponendam appellationem; quaedam ad petendos apostolos; quaedam ad introducendam coram iudice ad quem appellatum est; quaedam vero ad proseguendam & finiendam appellationem pertinent. Ad interponendam decem dies a iure statuti sunt, §. sed de modo inf. cod. Ad petendos Apostolos 30. dies, ut sup. eod. §. ubi Ad introducendam iudex a quo terminum constituit, Glof. & Barr. in l. Praeses 9. per eundem text. C. De appellat. Guid. Papa quaest. 336. Ad proseguendam vero & finiendam appellationem coram iudice ad quem, annus, vel ex causa biennium datur, juxta §. introducta & §. seqq. sup. eod. Adde And. Gail. lib. 1. Bbbbb 2. Obser.

Obscr. 139, 140, & 141, ubi etiam tradit ex Ordin. Cam. ad introducendam appellationem concedi sex menses, allegat. tit. 10, §. 1, & Parag. 5. par. 2. In causa matrimoniali cessant hæc fatalia, cum sententia pro vel contra matrimonium lata numquam transeat in rem judicatam, sed revocetur quoadcumque decessit impedimentum Canonicum propter animæ periculum. Vide *And. Gail. lib. 1, Obscr. 12.*

c. Additum est, quodammodo; nec enim extingu-

tur pland, sed potius ejus effectus suspenditur; eodem postea deferatur appellatio, remaneat firma & rata sententia, d. cap. 8. p. 2. Ceterum omnino extinguitur per secundam sententiam, etiam si hæc prioris confirmatoria sit, d. l. Furti 6, D. De his qui not. inf. id. g. Iudex appellationis exequitur sententiam. Authent. Si quis litigantium & ibi Salices. C. De Episcop. audientia, Costal. ad d. l. Furti.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE.

TITULUS XVI.

§. 1. De remediis extraordinariis contra sententiam.

Sed & si quis appellationis beneficio omnino destitutus sit, nihilominus illi succurritur, vel per Restitutionem in integrum, vel per Supplicationem, vel per Syndicatum, de quibus & ex ordine & breviter differamus.

§. 1. Restitutio in integrum quid sit: quibus, & quando competat.

Est autem in integrum restitutio in pristinum statum reductio, l. Quod si minor 25, §. restitutio D. De minorib. l. unica C. De re perat. qua sunt, & l. 1, Cod. De sent. pass. a daturque non quidem omnibus, sed certis personis, cognita causâ & probatâ, & intra præscriptum à jure tempus, quo peti eam necesse est. Et imprimis datur minoribus 25, annis, ubi ex sententia Judicis, vel alio judiciali actu laesi sunt, l. 1, & cororic. G. Si advers. rem jud. l. pen. C. Sent. rescindi non posse, l. Aut prator 7, §. sed & in judiciis D. De minor. Deinde minorum exemplo, Reipublicæ, l. 4, C. Quib. ex caus. major. l. 1, C. De jure Reipubl. lib. 11, An verò universitatibus & corporibus hæc restitutio in integrum competat, vide Oddum in arca. de restitut. in integ. & Ecclesiæ, cap. 1, c. 2, De restit. in integ. lib. 6, etiam contra aliam Ecclesiam, c. 3, c. 6, h. tit. Tertio, & majoribus 25, annis, sed his ob justam, præsertim absentiam, l. 1, l. 2, C. Quib. ex caus. major. l. Nec nor 28, Dig. Ex quibus causis, vel erroris causam, l. 1, §. fin. D. Quod falso iur. aut. l. 2, D. de restitut. in integ. b. Adeoque & contra sententiam summi Pontificis, c. Tum ex literis 5, cum cap. seq. Ext. h. t. can. Sententiam, 2007, qu. 9, addo can. Variam ead. qu. 9, aut Principis, l. Minor 19, §. 1, Dig. De majoribus, hæc in integrum restitutio conceditur. Non minus & in contractibus aliisque casibus, quibus supradicti se laesos conqueuntur, hu-

ius restitutionis ratio habetur, l. 1, & passim Dig. De minorib. & toto tit. D. & Cod. Quibus ex caus. major. 1, c. 8, Ext. hoc tit. c. 1, eod. in 6.

§. 3. Iudicium restitutionis quando inchoandum & peragendum?

Peti verò & peragi debet hoc restitutionis iudicium intra quadriennium continuum à tempore læsionis, c. 1, & 2, h. t. in 6. e. unico eod. in Clem. d. l. fin. C. De temporib. appel. g. Idque cognita causa & presente adversario, l. 4, D. De restitut. in integ. l. 3, De Ex quib. caus. major. aut per contumaciam absentem, l. In caus. 14, §. causa D. De minor. Si tamen rationabilis causa subit, poterit Iudex etiam hoc tempus excedere in danda restitutione, d. c. 1, & l. 2, eod. in 6. & d. l. fin. adde causum in l. penult. C. d. t. De temp. appel.

§. 4. Pendente restitutionis iudicio nihil innovandum.

Et pendente iudicio restitutionis in integrum nihil innovandum est, sed omnia in statu suo manere debent, donec ejus cognitio finita sit, l. unica C. in integ. restit. postulat nisi ad extrahendam executionem tententiam vehementis suspicio calumnie sit contra petentem restitutionem: qua specie sententia quidem executioni mandatur, sed præstita cautione idonea ab adversario, si superatus fuerit, de restituendo eo, quod medio tempore sententia ipsius occasione percipiet, c. Suscitata 6, Ext. De in integ. restit.

§. 5. De effectu restitutionis obrita.

Ubi igitur restitutio in integrum à Iudice obrita est, si adversus sententiam, causa ex integro agitur,

agitur, l. i. C. Si aduersus rem iudic. fin. contra contractum aualium actum, res retractatur, & in pristinum statum reponitur; ita ut unusquisque jus suum integrum recipiat, l. Quos si minor 24, Parag. pen. d. de minorib. Quare licet is qui restituitur, in damno morari non debet, ita nec iudex: ac proinde quidquid ad eum pervenit, restituere & refundere tenetur aduersario suo, l. unica C. de rebus litig. fin. l. 1. C. Si aduersus transact. & d. Parag. pen.

§ 6. De iudice restitutionis in integrum.

Quod attinet ad iudicem restitutionis in integrum, is ad eundem est, qui est ipse rei, contra quem petitur restitutio, l. In causa 17, Parag. fin. cum l. seq. d. de minorib. l. fin. Cod. Vbi & apud quem cap. causa 9, Ext. hoc nostro tit. propter juris regulam, qua actor forum rei sequi tenetur, cap. Si clericus cap. cum sit generale 8, Ext. de foro compet. Ut tamen hic iudex administrationem conjunctam habeat, vel alius ab eodem delegatus ad universitatem causarum, vel specialiter ad hoc iudicium exercendum. Delegati enim ab Ordinariis, qui administrationem non habent, sed tantum iudicandi facultatem, & arbitri compromissarii, restitutionis causam tractare non possunt, nisi incidenter coram eis mota fuerit, d. cap. causa d. l. fin. Minor tamen Magistratus contra sententiam majoris non restituit, l. Minor 19, in princ. d. de minorib. licet idem Magistratus aduersus suam possit, l. In causa 17, Parag. fin. & d. l. Minor. Parag. 1, d. de minorib. Aduersus sententiam delegati à Principe nemo alius præter Principem restituit; quemadmodum contra sententiam Principis solus ipse Princeps, d. l. Minor § pen. & l. 3, Cod. Si aduersus rem iudic.

Notatio in Tit. 14.

a Reuisionis beneficium hic omittimus, quod ea iura Canonico & Civili prorsus incognita sit. Sed ex posterioribus ordinationibus Imperii temporis Ferdinandi Regis Romanorum, Anno M D LV. introducta sunt aduersus sententias Camera Imperialis, à quibus cura appellare non licet, permittum est ei, qui se gravatum putat, petere acta iudicii revideri, id est, recognosci ab alio, & retractari sententiam si alius conformis non sit, prout videre est in part. 2, tit. 53. Ordin. Camer. Interim executio in suspensio manet, donec revisio peracta est, idque probat Andr. Gail lib. 1, Obs. 154. Item omittimus remedium nullatenus sententia, quo petit is, qui succubuit, sententiam declarari nullam; vel ex hoc capite, quod contra jus expressum lata sit, cap. 1, Ext. De sent. & re iud. & l. si expressum d. de appellat. vel ex eo, quod iudex eam tulerit sordibus corruptus, l. 7, C. Quando provoc. non est necesse, vel quod non fuerit observatus sollemnis iudicii ordo, l. Prototam C. De sent. & interloc. de quibus egimus sup. sub tit. de sentent. & re iudic. iuncto Parag. denique sup. de iudic. Quis autem sit iudex in causa nullatenus, vide Andr. Gail. lib. 1, Observ. 127.

b Additum est in textu, præsertim. Nam passim textus iuris de absentibus ex iusta causa loquuntur: nempe de errore, ut in l. 1, l. 3, §. fin. d. Quod falso tut. au. &c. Nihilominus si qua alia iusta causa sit, habebit locum restitutio in integrum, ex illa clausula: Si qua alia iusta mihi causa esse videbitur, qua ponitur in l. 1, d. Ex quib. caus. major. iuncta l. Sed & si per 16, Parag. quoties d. eod. tit. uti videre est latius apud Oddium in tract. de rest. in integ. p. 1, quæst. 8, cum 8. qq. seqq.

DE SUPPLICATIONE CONTRA SENTENTIAM,
ET DE SYNDICATU.
TITULUS XVII.

§. 1. Supplicatio quando locum habeat.

Interdum & per Supplicationem retractari petitur sententia definitiva; cum ea scilicet à Præfecto Prætorio lata est. Nam cum ab ea appellatio non datur; in subsidium introductum fuit, ut Imperatori, l. unica C. de sent. Præf. præ. vel ipsi Præfecto Prætorio sive Consulariis vel Referendariis ipsis, supplicare liceat pro retractanda sententia, Parag. aliud ad hoc Novell. 119, ut spon-

sul larg. Auth. Qua supplicatio C. de presib. Imp. off. Quamvis & aduersus eam rectè in integrum restitutio petatur, per sext. in l. Præf. l. 13, d. de supplicat. §. & pendente sup. tit. prox. quæ in hoc distat à supplicatione, quod petita restitutio sententiæ executionem differat, d. Parag. aliud ad hoc; supplicatio non item, d. Auth. Qua supplicatio & ibi d. d.

Bbbbb 3

J. 2, Supp

§. 2. *Supplicatio contra sententias inferiorum iudicium non admittitur.*

Contra sententias verò inferiorum iudicium Supplicatio non admittitur; ne quidem ad ipsum Principem: sed vel ab eis appellandum est, vel petenda in integrum restitutio, l. 1, 2, & 3, *Ve lice pend l. 1, & l. fin. C. Sent. rescind. non posse, l. 3, C. De errore advoc. secundum ea, quæ supra diximus, duob. tit. prox.*

§. 3. *De remedio Syndicatus.*

Neque hic prætereundum est remedium Syndicatus, quod adversus ipsos iudices instituitur, qui corrupti pretio aut gratiâ malè judicaverunt: qui ideirò ad Syndicatum, id est, causâ dictionem, ab iis, quibus nocium est, revocantur; & convicti in litis æstimationem læsæ parti condemnantur, l. 2, C. De pœna iudicis, qui male iud. adde & Parag. quod si sententia, cum Parag. seq. sup. de sent. & re iud. & ordin. Imperii parte 3, tit. 33.

DE EXECVTIONE REI IUDICATÆ.

TITULUS XVIII.

AD extremum, ubi sententia definitiva nullo juris remedio retractanda est; superest; ut ea executioni mandetur, ne iudicatum illusorium sit, l. si prator 75, in princ. D. De iud. hoc adhibito temperamento.

§. 1. *De executione in actione personali.*

Ut si actum sit actione personali, quadrimestre tempus condemnato ad solvendum detur, l. 2, & 3, C. De usur rei iudic. Quærenti 26, Ext. De offic. & pot. iud. deleg. nisi iudex pro causa qualitate & quantitate, vel personarum obsequio vel contumaciâ, tempus hoc vel prorogaverit, vel coarctaverit, l. 2, & l. Debitor 31, D. De re iud. Quoad consultationem 15, Ext. De sent. & re iud. Aliâ sine iusta causâ iudex tempus quadrimestre à iure indultum restringere non potest; & si fortè fecerit, suppletur à iure, quod quadrimestre test. l. 5, Parag. si quis D. jam d. tit. Non enim sine causâ iudex beneficium iuris parti auferre debet, c. Indultum Dereg. iur. in 6. Si iudex quadrimestre tempus sine causâ excesserit, puta permittendo reo semestri, valebit quidem prorogatio; ita tamen, ut & quadrimestre à lege datum in semestri imputetur, d. Parag. quis & ibi Gloss. Eadem observanda sunt in coarctatione in iure, l. Debitorib. 21, D. De re iud. l. Si debitorib. 21, D. De iud. l. fin. C. De execut. rei iud. cum hic iudicatio similis sit, l. Post rem iudicatam 66, D. De re iud. hac tamen specie cautior requiritur d. l. Si debitori Ordo verò executionis in actione personali hic est; ut primò mobilia, deindè immobilia, postremò nomina sumantur; quæ in causam pignoris capta

post duos menses vendantur, l. d. Pio 15, D. De re iud. l. Civitates 5, D. Quod cuiusque univ. vers. nom. iun. l. d. l. Debitorib. l. Cum proponas 9, & ibi not. C. De bonis auctor. iud. poss.

§. 2. *De executione in reali actione.*

Si verò in rem actum sit; nulla dilatio condemnato datur: nisi possessor neget in præsentem se posse restituere; & si sine frustratione tempus restituendi causa petat, indulgendum erit ei; ut tamen de litis æstimatione caveat cum fideiussore, si inter tempus, quod ei datum erit, non restituerit Parag. 1. Inst. De off. iud. add. l. Qui restituit 68, D. De rei vind.

§. 3. *De excoctore sententia.*

Convenit autem, eum sententiam suam exequi, qui eam tulit, si iudex ordinarius sit. Quod si in res condemnati extra territorium sitas executionem fieri necesse sit; iudex ejus loci pro executione adiri debet, d. l. A divo Pio Parag. 1, c. 1, Pastus lasti 14, Ext. de foro compet. Delegati verò sententiam ordinarius iudex, à quo delegatus est, exequitur, d. l. A divo Pio in princ. c. Si quis contra 4, Ext. de foro compet. & ibi vido latius Panorm. & alios. Excepto delegato Summi Pontificis, qui integrum annum habet ad exequendum sententiam suam, d. c. Quærenti 26, Ext. de off. iud. deleg. aut si vult, executionem ad loci Ordinarium refert, c. Significasti 7, C. Pastoralis 29, Parag. quia verò Ext. iam d. tit.

DE ACCUSATIONIBVS, INQUISITIONIBVS ET
DENUNTIATIONIBVS.

TITULUS XIX.

§. 1. Tres instituendi modi iudicium criminali.

HAtenus de iudicio civili, nunc ad criminale iudicium digrediamur, in quo de crimine siue delicto, publicæ disciplinæ causâ, agitur. Hujus autem instituendi triplex modus est; aut per accusationem, aut per inquisitionem, aut per denuntiationem, c. Qualiter 24, Ext. hoc tit. cap. Licet Heli 31, circa princ. Ext. de simonia, Extrav. Ad reprimendum Quomodo in crim. lese maiest. Addunt alii per exceptionem & per notorium; sed minus rectè, uti infra suo loco dicetur, inf. eod. Parag. illius vero cum Parag. seq.

§. 2. Accusatio quid, & qua eius formula?

Accusatio est criminis delatio apud Iudicem, publicæ vindictæ causa, interveniente legitima inscriptione; quæ descriptio desumpta est l. fin. C. de accusat. & communitor recepta Dd. prout tradit Jul. Clar. in Præf. crim. quæst. 12, num. 1. Accusationis formula hæc extat ad Paulum J. C. in l. Libellorum 3, v. de accusat. c. Tua Ext. de procurat. Ego Lucius Titius profiteor me Maxiam legē Julia de adulteris ream deferre, quod cum Cæio Seio in loco illo N. in tali domo N. mense illo N. Consulibus illis NN. adulterium commiserit, cuius professionis causa me subscribo, vel alius meo nomine, quia literas nescio. Similis in aliorum criminum accusatione formula servanda est, d. l. Libellorum Parag. penult. n. Quæ si legitime concepta non fuerit, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fit, d. l. Libellorum §. 1.

§. 3. De inscriptione & pœna calumniantis accusatoris

Intraque inscriptionem legitimam hic vocamus, accusationem præscripta forma institutam, ad terrendum accusatorem, si fortè calumniosè agat, l. penult. & ibi Gloss. & Salic. C. de accusat. Quisquis ille est, inquit diserte textus, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, viaculum inscriptionis arripiat, custodiæ similitudinem (habita tamen dignitatis æstimatione) pariat; nec impunitam fortè noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poseat similitudo supplicii, c. c. est in b. fin. vers. sed quisquis C. de accusat. & in can. Quisquis l. qu. 8.

§. 4. Accusator quando calumniari dicatur.

Dicitur autem calumniari accusator, quando falsum crimen intendit per fraudem, l. 1. Parag. 1, v. Ad SC. Turpi iuncta l. Si calumniatur. D. de verb. sign. quod eo ipso præsumitur, si intentatum crimen non probaverit, c. 2, Ext. de calumniatorib. can. Qui non probaverit II. quæst. 3, l. 1, C. de advos. divers. sud. addo Panorm. ad d. c. 2. Cum enim is, qui alium ad iudicium provocat, probationes suas paratas habere debeat, l. Qui accusare 4, C. de edon. profectò si probatione defecerit, videtur sine causa, id est, calumniosè, litem movisse; cuius tamen disquisitio à Iudicis cognitione pendet, qui, reo prius absoluto, de accusatoris incipiet consilio quærere, quæ is mente ad accusationem processerit, d. l. 1, Parag. sed non utriusque C. Ad SC. Turp. Et si iusto errore ductum, d. Parag. sed non utriusque vers. & siquidem, vel inconsulto calore, l. Quamvis 30, C. Ad L. Iul. de adult. l. 2, & l. Calumniis 4, C. de calumniat. vel cum tutor esset, officii necessitate coactum, l. Tutorem 22, D. de his qua ut indig. vel alia iusta ratione motum repererit, d. l. 2, l. Miles Parag. mulier D. Ad L. Iul. de adult. absolvet eum. Sin in evidenti calumnia deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogabit, d. l. 1, Parag. sed non utriusque, d. l. fin. & d. cap. Quisquis.

§. 5. Et in delictis privatis inscriptionem requirit; & de pœna calumniantis in his delictis.

Et hæc inscriptionis necessitas non tantum in publicis criminibus, sed & in privatis exigitur, ubi scilicet criminaliter intenduntur, l. fin. D. de priv. delict. l. fin. D. de furt. cap. Tua 5, (in quo c. tamē talionis pœna cessat) Ext. de procur. ad ed. ut & in his accusator calumniolos coëreatur, sed pro æstimatione ipsius Iudicis, l. 3, & l. Si quis 7, §. si stellionatus v. Ad SC. Turp. & l. In iuriarum 43, D. de iniur. siquidem & ipsa delicta privata nullam certam pœnam à iure constitutam habent, sed arbitrio Iudicis vindicantur, d. l. fin. D. de priv. delict. l. fin. D. de furt. & l. fin. D. de iniuriis.

§. 6. Qui accusare prohibeantur.

Cæterum qui accusare possint videamus. Et certe Marcellus J. C. omnes posse respondere quibus

quibus à iurè non est interdictum. Itaque hæc res edicti prohibitorij est. Interdictum est autem pupillo, mulieri, Magistratui, militi, infami, & qui duo iudicia adversus duos reos subscripta habet, num. 6 sive ob accusandum accepit: item filio parentem, liberto & alumno patronum suum, suspecto de calumnia, pauperi qui minus quam 50 aureos habet, l. Qui accusare 8, cum 2, ll. si q. d. hoc t. cum aliis paucissimis, quos plenus vide in Gloss. & aliis in d. l. Qui accusare: Nisi tamen hi suam injuriam exquantur, mortemque propinquorum defendant; nam tunc ab accusatione non repelluntur, l. Hic tamen 11, d. hoc tit. l. 8, l. 12, C. de his qui accus. poss. exceptis tamen liberis, libertis & alumnis, quibus ne his quidem casibus parentem patronumve accusare licet, sed tantum civiliter convenire, d. l. Hic tamen vers. liberi l. Iniquum 17, C. de his qui accus. non poss.

§. 7. An frater fratrem vel sororem accusare possit?

Quæsitum est de fratribus; sed certius est, hos invicem accusare non posse, l. Si magnum C. d. tit. nisi in levioribus criminibus, l. Si sororem 18, C. eod. tit. aut si alter alterius vitæ insidiatus fuerit, Gloss. & Salic. quem vide latius ad d. l. Si magnum arg. l. Propter 14, Cod. de his qui accus. non poss. Nam & idem in matre contra filium admissum est, d. l. Propter.

§. 8. De iure Canonico alii quoque prohibentur.

Sanè & hoc amplius est de iure Canonico, quod nec inimicus aut eius domesticus, contra inimicum suum, c. Repelluntur 7, c. Cum P. 10, c. Meminerimus 13, Ext. hoc tit. nec alius criminofus ad accusandum alium admittatur, can. 4, xi, q. 1, can. Quarandum 11, q. 7, can. Qui sine can. Postulatus 111, q. 7. Item nec laicus contra Clericum, d. c. Cum P. can. 2, & can. Sicut 11, q. 7, sicut è diverso neque Clericus contra laicum, d. can. Sicut, nisi ille suam vel suorum injuriam prosequatur contra Clericum, c. de cetero 14, Ext. de testib. vide & ibid. Gloss. quemadmodum & Clericus malefactorem suum laicum rectè defert apud Judicem sæcularem: ut tamen confestetur Clericus expressè, quod non intendat ad vindictam sive pœnam sanguinis, ex constitutione Bonifacii VIII. inc. 2, de homic. lib. 6, adde c. Postulasti 21, Ext. de homic. & qua ibid. tradit Panor. num. 3, Eodem iure Canonico neque recipiuntur viles, a-

liæque non probatæ personæ contra Clericos, d. pan. Quarandum & c. Nulli 31 Ext. hoc tit. dummodo reus harum consuetudine antea usus non fuerit, d. c. Nulli.

§. 9. Crimina in quibus omnes admittuntur ad excusandum.

Sanè in atrocioribus criminibus, puta, læsæ maiestatis, hæresis, simoniæ, l. pen. C. de his qui accus. poss. c. Tanta 7, c. Licet Heli Ext. de simon. item in crimine annonæ defraudatæ, l. Mulierem 13, d. de accus. ubi læsus vide Gloss. & Dad. quilibet ad accusandum admittitur.

§. 10. Qui accusari non possunt.

Qui verò accusari non possunt, sunt Legati, Præsides, Magistratus populi Romani, l. Hic accusare 12, d. hoc tit. cæterique qui honore ministeriove publico funguntur: differtur enim eorum accusatio, cautione iudicio sistendi causa facta, in finem honoris, l. Si adulterium 38, in fine d, Ad L. Jul. de adul. Item semel absoluti sive liberati à crimine, qui de eodem crimine amplius rei postulari non possunt ab eodem accusatore, vel etiam ab alio; nisi hic suum dolorem persequatur, doceatque se ignorasse ab alio accusationem institutam, l. Si cui 7, Parag. eiusdem d, hoc tit. aut eam pravaricatum fuisse, iuxta text. in l. Si qui homicidii 11, Cod. eod. iuncta l. 3, in princ. d. de pravaricat. Sed neque absentes accusari possunt, multo minus damari, l. Absentem 6, C. de accusat. d. l. Absentem 5, d. de pœnis, etiam si procuratorem habeat, l. penult. Parag. 1, d. de sub. iud. cap. Venient Ext. de accusat. cap. Tua 5, de procurat. can. Absenti verò III. quasi 9. iunge Parag. quæsitum sup. de procurat. si quidem certius Judex ex rei præsentia, vultu, aspectu, qualitate, personæ constantia, crepidatione, ex oculorum sermonisque indicibus, in criminis cognitionem deducitur, argum. l. 2. & 3, d. de testib. l. de more 10, Parag. tormenta d. de qu. si tamen tale crimen sit, ex quo pœna corporalis, vel in metallum, vel similis infligenda venit, d. l. Absentem d. de pœnis & d. c. Veniens, ubi pœna similis est capitali. Excipe crimen læsæ maiestatis, ut in Ext. Henrici VII. Quomodo in læsæ maiest. Cæterum si pecuniariam pœnam aut quæ estimationem contingit, crimen meretur, potest ea quoque in absentem, si sæpius admonitus per contumaciam absit, statui, & usque ad relegationem procedi, d. l. Absentem d. de pœnis. Adde neque infantes & furiosos accusari posse, l. Infans 12, d. Ad L. Corth.

Corn. de sicar. l. Divus 14. D. De off. presid. Minores verò 25 annis tunc rectè accusantur, si puberes deliquerint, aut pubertati proximi, ita ut doli capaces fuerint, *l. Pupillum 111. De R. I.* quamvis in his pœna propter ætatem mitigari possit à Judice, *l. Auxilium 38. D. De minorib.*

§. 11. De servis reis.

Omnibus verò legibus servi rei postulantur; excepta pœnâ pecuniariâ vel etiam capitis, id est, amissionis civitatis, quæ servo non competit, *l. Hos accusare 12. §. omnib. D. De accus.* Ex civilibus causis eorum domini noxaliter conveniuntur, *l. pen. & ult. C. De noxalib. act.* adde §. quod si animal sup. de furto. Atque hæc quoad accusationem ejusque personas.

§. 12. De Inquisitione.

Ne autem accusatore non extante, delicta impunita maneant, cum gravissimo Reipubl. detrimento; receptum est à jure, ut Judex ex officio suo possit in nocentes, veluti sacrilegos, latrones, plagiosos, homicidas, fures, aliosque delinquentes, inquirere, & prout quisque peccaverit, in eum animadvertere, *l. Congruus 13. D. De off. presid.* §. jubemus Nov. 118. de Collatorib.

§. 13. Ad inquisitionem ut descendere oporteat Judicem.

Quam tamen inquisitionem Judex non aliter instituet, quam si publica fama eum permoverit ad inquirendum contra eum, qui reus esse dicitur. *Cum oportet 19. c. Inquisitionis 21. §. tertia. c. Quas liter 24. Ext. hoc tit.* nec temerè in aliquem cum periculo existimationis suæ grassetur, *arg. l. Prator 7. in princ. D. De injur. & cap. 2. Ext. De off. jud. ord.* Quare reus contra inquirentem Judicem rectè prius excipit de publica delicti fama, quod et non respectus sit, *Gloss. ad c. 1. in V. fuerunt hoc tit. in 6.* Si enim hanc exceptionem omiserit reus, sustinebitur contra eum inquisitio, tamquam huic exceptioni ipse tacitè renuntiaverit, *c. 1. & 2. hoc tit. in 6.* In Prælato tamen hoc amplius est, ut priusquam in eum de crimine inquiri possit, præter diffamationem etiam scandalum sive periculum subesse debeat, *d. c. Qualiter vers. sed eum super. adde Jul. Clarum in præ. crim. quest. 6. vers. item quaro.* Ab his tamen excipiuntur crimina læsæ majestatis, falsæ monete, latrocinii; in quibus etiam ex sola confessione socii in alium inquiritur, *ut vide-*

re est in l. Quisquis 5. §. fin. C. Ad L. Jul. majest. l. 1. C. De falsâ moneta. l. Divus 6. D. De custod. reor. l. 9. C. De servis, vide latius Gloss. & Dd. ad l. fin. in fine C. De accus.

§. 14. Generalis inquisitio semper permissa est Magistratui.

Quæ certè obtinet, ubi inquisitio contra certam personam, puta, Mævium vel Titiam, aut in alium instituitur. Cæterum non prohibetur Judex de quolibet delicto generaliter inquirere, ut hæc ratione ad specialem inquisitionem contra certam personam deveniat, *eleganter Innocent. quem vide ad c. Bona 3. num. 5. Ext. De elect. & facit l. 1. §. qui questionem D. De quest. junctâ l. Congruus D. De off. presid.*

§. 15. Inquisitio qua edenda.

Porro in speciali inquisitione reo edendi sunt articuli, de quibus inquirendus est; item nomina & dicta restium, nec non exceptiones & replicationes illi permittendæ, *d. cap. Qualiter §. debet institui.*

§. 16. De Denuntiatione qua triplex est.

Quod ad denuntiationem attinet, ea triplex est: Alia enim est Civilis, alia Canonica, alia Evangelica Civilis, quæ à jure Civili introducta est; veluti, quæ fit per ministrum publicum ad hoc constitutum, ut delicta admissa renunciet Magistratui, eorumque auctores prodatur, in quos deinde inquisitio fit, *l. Ea quidem 7. junctâ l. Singulis 14. C. De accusat. l. Divus 6. D. De custod. & exhib. reor. l. 1. §. janè D. De off. pref. urbi.* Et si quem fortè perperam denuntiatum compererit Magistratus, non idem tamen in ministrum animadvertet, sed excusatum dimittet, propter officii necessitatem; si per injuriam, factum vindicabit, *d. l. Divus. vide Prosp. Farinac. in criminalib. quest. 16. de accusat. num. 15. cum seq.* Privatus autem ad denuntiationem criminis non admittitur, cum is, si velit, accusationem possit instituire, *l. fin. Cod. De accusat. can. Quisquis 11. quest. 8.* Denuntiatio Canonica è SS. Canonibus prodita est contra Prælatos Ecclesiarum & monasteriorum, quos subditi clerici vel monachi delinquentes, si motioni non acquieverint, deferre possunt ad superiorem suum, *per text. in cap. 2. cap. 3. c. Cum dilectus 20. Ext. hoc tit. cap. 2. Ext. De calumniis. cum eorum intersit habere bonum Prælatum, arg. can. Audacter x. 11. quest. 8.* In matrimonio quoque permissum est cuilibet, impedimentum Canonicum, si quod est

C c c c c

inter

inter contrahentes, veluti consanguinitatis, affinitatis, vel simile, denuntiari iudicii Ecclesiastico, cap. Tu nos 7 iuncta ibid. Glof. Ext. De cognat. spirit. can. 1 xxxv. quæst. 6. Denuntiatio verò Evangelica inducitur ex lege Evangelica, Matth. 18. in qua hic ordo servatur, ut delinquens primum privatim corripiatur; deinde si correptioni non paruerit, iterum moneatur, adhibito uno vel duobus testibus; demum, si contumax persistere, denuntietur Ecclesie, d. c. 18. can. Si pricuraverit 11. quæst. 1. c. Licet Heli 31. Ext. De simon. huius exemplum extat in cap. Novit. Ext. De iud. Cujus usum Doctores in casibus accommodant, quibus juris remedio destituti sumus; atque ita adversarium nostrum ad conscientiam suam revocamus. Barr. ad Extravag. Quomodo in laesa majest. in V. denuntiationem & Maranta de ord. jud. p. 6. de denunt.

§. 17. Ordo procedendi in criminali iudicio.

In criminali iudicio & ordo juris servatur, c. pen. Ext. De purgat. can. exceptis criminibus levioribus: item laesa majestatis & hæresis, quæ & de plano cognoscuntur. juxta text. & quæ latius traduntur in l. Levi 6. D. De accus. & in d. Extrav. Quomodo in laesa majest. in cap. fin. De hæres. lib. 6. Et reus non ante condemnandus est, quam si idoneis testibus vel apertissimis documentis, vel indicis indubitat, & luce clarioribus convictus fuerit, l. fin. C. De probat. iuncta l. Qui sententiam 16. C. De pan. aut propria confessione, d. l. Qui sententiam l. Servos 8. D. Ad L. Iul. de vi publ. l. 1. D. De custod. & exhib. reor. iunctis, quæ elegantè tradit Vlp. in l. 1. D. De quaest. quam à reo extorquere poterit Judex, quæstionibus adhibitis; dummodo argumentis verisimilibus probabilibusque, veluti certis indicis, reus oppressus fuerit, l. Milites 8. §. eod. Cod. De quaest. l. Vnius 18. §. 1. & §. 2. D. eod. tit. vide latius Jul. Clarum in pract. crim. quæst. 64. & in cum additiones cum Bajardi, tum aliorum, & Ant. Gomezium Var. resolut. tom. 3. c. 13. Quod sit, ut nemo ex suspitionibus damnari debeat. Hinc illa Constantini constitutio: Qui sententiam laturus est, inquit, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem in quempiam promat severamque sententiam, quam in adulterii, vel homicidii, vel maleficii crimine, aut sua confessione, aut certè omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerint de diti, in unum conspirantes concordantesque rei finem, convictus sit, & sic in objecto flagitio deprehensus, ut vix etiam ipse ea, quæ commiserit, negare sufficiat, text. est in d. l. Qui sententiam C. De

paenis. De appellatione à sententia alibi retulimus, §. porro cum §. seq. sup. de appellat.

§. 18. De executione sententia in criminalibus.

Itaque legitime convicto reo, sententia sine mora in eum ferenda est, & executioni mandanda, cap. Cum reis 18. Cod. De panis; sed interjecto spatio illius temporis, quod condemnatis conceditur ad appellandum, l. Adhuc 29. C. De appellat. & ibid. Barr. & l. unic. D. Nihil novari appel. interpos. aut si ipse Princeps quempiam severius contra consuetudinem suam pro causæ intuitu puniri jussisset; qua specie, sententia aut pœna executio differretur per 30. dies, l. Si vindicari 20. C. De panis, addo omnino text. in can. Cum apud xl. quæst. 3. Similiter, si mulier prægnans sit, suspenditur pœna quoad pepererit, l. Prægnantis 3. D. De panis; cum nec quæstio, quamdiu prægnans est, de ea haberi possit.

§. 19. De pœna criminis per modum exceptionis.

Illius verò criminis, quod per exceptionem testi vel accusatori objicitur & probatur, nulla pœna est, c. 1. Ext. De except. cap. 2. circa fin. Ext. De ord. cognit. l. Lucius 21. D. De his qui noc. infam. l. peult. C. Ad leg. Corn. de fals. cum ad eam actum non fuerit, sed tantum ut iudicio submoveretur testis vel accusator, d. c. 1. nisi forte crimen principali causæ cohæreret, ut in l. 2. §. si publico D. Ad L. Iul. de adult. & in c. Super his 16. Ext. De accus. addo Felin. ad d. c. 1. num. 9. & 10.

§. 20. De notorio crimine.

Sciendum quoque est, in notorio crimine nulla alia probatione nulloque ordine judiciario opus esse, c. Super eo 3. Ext. De testib. cog. c. Ad nostram 21. Ext. De iuricir. c. Tu nos 8. Ext. De cohob. cler. can. Manifesta & can. De manifesta 11. quæst. 1. Non tamen ante hoc crimen coercetur, quam si iudici plius delicti circumstantiæ plenè perspectæ sint. Nec enim sufficit Ex. Gr. Titium publicè omnibus spectantibus hominem occidisse, ut in eum pœna legis Corneliæ animadverti possit; sed necesse est scire, annè defendendi sui causa aut alia ratione motus hominem occiderit, ob quam pœna vel omnino remittenda sit, vel mitiganda, l. Ant. facta 16. D. De panis c. Sicut dignum 6. in princ. Ext. De homicid. vide Clarum in pract. crim. §. fin. quæst. 9. Cui consequens est, ut tantisper Titio dilatio danda sit, donec exceptiones suas proposuerit & probaverit.

verit; nisi forte criminis qualitas aliud postulare, ut ad condemnandum & puniendum properari debeat, *text sing. in l. Si quis filio 6. §. hi autem omnes D. De iniustorup. c. Quoniam 10. Ext. De filiis presbyter. Vide qua tradit Ani Gomez Var. resol. como 3. cap. 1. num. 43.* Dicitur autem crimen notorium, quod nullâ tergiversatione celari potest, utpotè, quod sit coram populo, vel maiore ejus parte. *Jul. Clarus in d. §. fin. quast. 9. & probat. text. in cap. pen. circa fin. Ext. De purg. can. d. can. De manifesta in c. Tua 8. Ext. De cohob. cler. aliàs latius patet notorium, ut in cap. fin. Ext. d. tit. De cohob.*

NOTATIO in Tit. 19.

a Et latius docet Bart ad l. Libellorum D. De accusat. Quod autem de Consulibus dicitur, huic hodie meritò derogatum est, cum amplius hujusmodi Consules non extant, sed in horum locum substituentur est annus Domini, vel S. Pont. vel Imperatoris, sive etiam aliterius juxta loci consuetudinem, l. De quibus 32. D. De legib. & c. fin. Ext. De consuetud.

DE PURGATIONE CANONICA.

TITULUS XX.

§. 1. Purgatio hæc cur inducta.

Quod si reus propriâ confessione, vel testibus, vel facti ipsius evidentia, de crimine convinci non possit, non idecirco statim absolvendus est, sed si labore infamia, aut gravi scandalo, aut aliàs oneratus sit verisimili suspitione criminis, indicenda erit illi purgatio, quâ jurejurando innocentiam suam testetur, *cap. Inter 10. c. 3. c. 4. & passim Ext. hoc tit. c. Tua 8. Ext. De cohob. clericor. can. 12. 16. & can. Omnib. 11. qu. 5.* quam si non præstiterit, tamquam convictus de crimine, pœnæ subicitur, *c. De hoc 11. c. Insinuatum 13. Ext. De simonia, c. Cum P. 7. d. c. Inter 10. Ext. h. tit. Panorm. ad d. c. Inter num. 5. circa fin.* Vocatur autem hæc purgatio Canonica, eò quod à SS. Canonibus inventa & prodita sit, *ut toto hoc tit. Ext. contra purgationem vulgarem, quâ vulgus uti solebat, vel per duellum, vel per ferri candentis contactum, vel per summptionem aquæ calidæ vel frigidæ: quæ purgatio meritò sublata est per SS. Canones, quod peream Deus tentari videatur, patet ex tit. Ext. De purgat. vulg. can. Mennam, can. Consulisti 11. quast. 5. c. 8. Ext. hoc tit. Duelli usum omnino sustulit Conc. Trident. adjectis pœnis sess. 25. c. 19. de reform.*

§. 2. Non nisi fide digno hæc purgatio indicenda.

Non tamen cuilibet reo hæc purgatio indicenda est, sed tantummodo fide digno, quem verisimile est, non facile pejeraturum Unde qui antea in furto, aut perjurio, aut falso testimonio deprehensus, vel aliter notatus est, ad hæc purgationem admitti non debet, propter metum

perjurii; sed aliter pro arbitrio Judicis se purgabit, *c. 1. Ext. hoc tit. & ibi Glos & Panorm.*

§. 3. De compurgatoribus, & juramenti forma.

Reo purganti & alii compurgatores adhibendi sunt vicini ipsi reo & honesti, qui ve ejus vitam exploratam habent; qui & juramento suo confirmant purgationem rei. Atque horum interdum duodecim, interdum septem, interdum pauciores pluresve sunt, *c. 1. c. 8. c. 10. Ext. hoc tit. & passim 11. quast. 5.* pro arbitrio ipsius Judicis; qui pro qualitate delicti, personæ ipsius rei & compurgatorum, numerum eorum æstimabit, vel etiam ubi ita videbitur, compurgatores omittet, *c. 8. in verbis sicut expedire. cap. Significasti 5. in verb. juxta arbitrium tuum, Ext. De adul. can. 13. Presbyter 11. qu. 5. can. Quanto d. qu. 5. imò & quandoque ipsius rei, si levior diffamatio sit, simplici negatione contentus erit, ita ex Archidia. Marianus Socinus ad c. Quotias num. 16. Ext. hoc tit. Glos ad can. Habuisse in V. committendum dist. 33. & facit l. Qua accusare C. De edendo can. 1. can. Accusator. vi. quast. 5.* Juramento autem rei id continebitur, ut juret se non fecisse, aut alienum esse à crimine, quod ipsi objicitur, *c. 5. & c. fin. Ext. hoc tit. can. Presbyter & can. Quanto 11. qu. 5. can. De crimine, & can. Presbyter xv. quast. 5.* Compurgatorum verò; quod credant reum verum jurasse, vel (quod in idem recidit) jurant secundum conscientiam & opinionem, suum reum immunem esse à crimine, *cap. 5. 9. cap. fin. Ext. hoc tit. can. Quoties 11. quast. 5.* Unde juramentum illius veritatis, horum credulitatis est.

CCCC 2

NOTA-

NOTATIO in Tit. ult.

Et si hac purgatio canonica inventa & prodita sit à SS. Canonibus, & sic in foro Ecclesiastico tantummodò locum habere videntur: tamen & in seculari foro quibusdam in locis usu recepta est, teste Lod. Damhau. in Praxi

crimina, cap. 44. cuius & in iure civile iudicia extant in §. si quis autem Novel. 125. Uelutigantes, in l. fin. C. De abolition. in l. Eos 26. in fine C. De usur. tum in Ordin. Imper. Cam. in crimine fractæ pacis, part. 2. tit. 10. in fine. Vide Gloff. in l. 3. C. De rebus creditis.

F I N I S.

CONCORDATA INTER LEGATVM SEDIS APOSTOLICAE, ET IMPERATOREM
Fridericum III. ac Principes Germaniæ, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, alorumque
beneficiorum Ecclesiasticorum, approbata per Nicolaum V. Summum Pontifi-
cem, Anno M. CCCC. XLVII. XIV. Kal. Aprilis.

NICOLAUS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

AD sacram Petri Sedem divinâ dispositione sublimati, singulis, quæ pro universalis Ecclesiæ unione ac pace & tranquillitate profutura conspicimus, Apostolicæ providentiæ sollicitudine libenter intendimus, & ad felicem illorum persecutionem & consummationem, opem & operam impendimus efficaces.

Nuper siquidem charissimus in Christo Filius noster, Fridericus Romanorum Rex Illustris, & nonnulli alii dilecti filii, Ecclesiastici, & seculares Principes inlycæ Nationis Germanicæ, ex una; ac dilectus Filius noster Joannes sancti Angeli Diaconus Cardinalis, in partibus illis Apostolicæ Sedis de latere Legatus, per nos ad dictas partes missus, sufficienti de super à nobis, & Sede Apostolica auctoritate suffultus ex alia, partibus, Romanæ Ecclesiæ, & dictæ Nationis nominibus, pro ipsius Ecclesiæ unione, pace & tranquillitate inter Ecclesiam & Nationem perpetuò solidandis & conservandis, diversa rationabilia & utilia, ordinationes & statuta, à partibus ipsis hinc inde approbata, laudata, conclusa, acceptata & concordata, fecerunt ac ediderunt; Nobisque humiliter supplicari fecerunt, ut illis, pro firmitate eorum subsistentia, robur Apostolicæ firmitatis adjicere, nec non auctoritatem potiore, & decretum interponere dignaremur.

Nos itaque, qui Statuta, ordinationes, & con-

cordata prædicta, per nonnullos ex venerabilibus Fratribus nostris S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, magnarum maturitatis, auctoritatis & literaturæ viros, diligenter examinari & discutere fecimus, eaque rationabilia & salubria tam Ecclesiæ quàm Nationi præfata comperimus, de dictorum & aliorum venerabilium Fratrum nostrorum prædictæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu, Apostolicâ auctoritate, & ex certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, juxta modum & formam subsequentes.

Placet nobis super Ecclesiarum & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque provisionibus, uti juris scripti reservationibus, & *Execrabiles*, & *Ad regimen* Constitutionum, modificatis, ut sequitur.

Ad regimen Ecclesiæ generatis, quamquam immeriti, supernâ dispositione vocari, gerimus in nostris desideriis, ut debemus, quòd per nostræ diligentis studium, ad quarumlibet Ecclesiarum & Monasteriorum regimina, & alia beneficia Ecclesiastica, juxta divinum beneplacitum, & nostræ intentionis affectum viri assumantur idonei, qui præsent & proficiat committendis eis Ecclesiis, Monasteriis & beneficiis prælibatis.

Præ-